

L Y

**Lychnis sylvestris** quid sit, uide apud Dioscoridem lib. 3. cap. 114.

**Lychnis agraria**, *Leontopetalon*, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 109.

**Lychnis**, lege, *Rosa lychnis*.

**Lychnitis**, *Verbasci* generis, & eius species tertia, apud Dioscor. lib. 4. cap. 105.

**Lycapfos**, *Anchusa*, teste Aecio sermone 10. capite. 11.

**λύκιο**, arbor est spinosa, ramis trium cubitorū, aut longioribus: folijs buxi, densis: fructu piperis, nigro, leui, amaro, denso: cortice pallido, non dissimili lycio madefacto: radicib. multis, obliquis, lignosis. Sic dictum, ut putat Plinius, quia probatissimum ex Lycia quondam importabatur. Plinius lib. 24. cap. 14. Dioscor. libr. 1. De Lycio alias etiā in Rhamno diximus. Vide Rhamnum.

**Lycophryx**, *Artemisia*, apud Dioscor. lib. 4. capite. 125.

**Lycopsis**, *Anchusa*, apud Dio. lib. 4. ca. 29.

**Lycoscytalion**, *Sesamoïdes*, apud Dioscor. lib. 4. cap. 153.

**Lycostonon**, *Aconitum*, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 80. sed eius altera species.

**Lycus Medicus**, Anatomicę studiosus, scripsit Commentarios prolixos, propemodū quinq; milia uersuum amplectentes, sed multis errorib. scatētes. Gale. *Anato.* li. 1.

L Y G

**λυγμός**, singultus. Cuius cum diuersæ sint causæ, ad libros Medicinæ remittimus.

**λύγος**, ἀπὸ τῆς λυγίζειν, id est, flexibile. Est autem uitex, uel *Agnus castus*. Alias & *Aegylis*.

**λυγνός τῆς ὑγρᾶς πύκνους**, id est, fuligo liquida picis. Incensionem eius lege apud Dioscoridem lib. 1.

**Lygos**, *Spartum*, apud Diosc. lib. 4. ca. 160.

L Y I

**λύειν**, μαλάττειν, ἢ ὑπάγειν γαστέρα, id est, uentrē soluere, uel ducere. Vna & eadem omnium uerborum ratio est, et quod inter ea discrimen intelligitur, in quantitate & impetu tātum est. Minus enim mollire q̄ soluere, & utroq; maius deicere est, quod tria illa significant uerba. Quod autē ἐν κοίλιον dicitur, eam significat aluum ex nominis cōpositione, quæ medio, & quomodo natura exigit habitu, nec cesset, nec citatior feratur. Quam nominis uim, compositi-

L Y

tionemq; eius, nos securi, bonam facere aluum cerasia.

L Y N

**Lyncurium** gemmam esse contendunt, quæ fiat ex urina Lyncis, sed egesta, terra protinus bestia operiente eam, quoniam inuideat hominum usui. Esse autem, quasi in igneis succinis colorem, scalpique: nec folia tantū, aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam, aut ferri laminas. Quod Diocles quidem, & Theophrastus crediderūt. Ego falsum id totū arbitror, inquit Plinius, nec uisam in æuo nostro gemmam ullam ea appellatione. Plin. lib. 37. cap. 3. & Solinus. cap. 8. **Lyncum** urina conuertitur in lapidem, auctore Solino cap. 8.

**λύγξ**, singultus, eructatio stomachi, ex frigore, aut potu frigido. λάζω, singultio.

**Lynx**, animal, fusco pilo, mammis in pectore geminis, clarissime omnium animalium cernit. Plin. lib. 8. cap. 21.

L Y R

**Lyron**, *Alisma*, apud Diosc. lib. 3. cap. 170.

L Y S

**Lysimachia**, apud Dioscor. lib. 4. cap. 4.

**Lysimachium** quid sit, & an cognita hodie habeatur, lege Manardū Epist. lib. 12.

**Lysimachus** preciosus, sic dictus, uel quia ab eodē Lysimacho sit repertus, uel quia similibus cum herba uirtutibus pollet.

**Lysias**, *Medicæ* sectæ.

**Lysio**, uidetur Medicus fuisse, qui Tyronē Ciceronis libertum in Achaia curauit: de quo lege Epistolam. 1. lib. 16. Epistolarum familiarium.

**λύσωμα**, discriminē, & capillorū equamentū.

L Y T

**λυτικῆ τῆς κοιλίας**, solutiua uentris.

**Lytron**, *Lysimachia*, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 4.

M A C

**M**Acer, Veronensis Poeta, uolucres, & herbarū uirtutes pinxit, Ouidij etate, ut ipse testatur, Sepe suas uolucres legit mihi gratior æuo, Quæq; nocet serpens, quem iuuat herba Macer. Sed & opus Homeri profecutus est. quicquid apud Ilion usq; in finem belli actū est, ut idem Ouidius, Tu canis æterno quicquid restabat Homero, Ne careant summa Troia bella manu. An ille sit, cuius hodie herbarum descriptiones ele-

M A

ganti carmine leguntur, alij uiderint. Meminit & Plinius Macri, eiusque testimonijs utitur. Item Gal. lib. 6. Pharma, Et Martialis Epigrammatum lib. 12.

Saturnalicio Macrum fraudare tributo,  
Frustra Musa cupis, non licet, ipse petit,  
Solennesque iocos, nec tristia carmina poscit,  
Et queritur nugas obticuisse meas.

μάκρη, ἢ φυλομάκρη, ex Barbaria aduehitur, ut inquit Dioscor. lib. 1. cortice flauescens, crassus, gustu per se adstringens. Recentiores omnes, non radicis, sed nucis odoratae corticem, ac folliculum esse adfirmant: idque uero propius est, & plane ita modo cernitur. Hanc autem Graeci modo κάρσιον μυρσίτικον appellant, hoc est, nucem unguentariam, quae tamen diuersa est a glande unguentaria. Caeterum officinae μάκρη hodie Macis uocant.

Maceria, sepimento. Plautus in Truculento. maceria illa in horto, in singulas noctes latere sit minori. M. Varro docet, maceriam in fundo esse fabrile sepimentum. Curius species sunt quatuor: quod fit ex lapide, quod e lateribus coctilibus, quod e lateribus crudis, quod ex terra et lapillis compositis informe. Colum. lib. de Arbor. cap. 18.

Macharion, & Isis, insignes fuerunt chirurgici: quorum & emplastra, & confectiones quaedam extant. meminit Gal. theria. lib. 5.

Macheron, uiridis cuiusdam compositionis nomen in re medica, ad morbos articulares, & ischiada.

Macherion, medicus. Citatur eius pharmacum in atre bilis cura, ab Aec. ser. 12. ca. 84.

Macheronion, Xiphion, apud Dioscoride libro quarto. cap. 23.

Machlis, nullo suffraginum flexu bestia. id eoque non cubans, sed acclius arboribus, in somno dormit. Alieque uelocitatis memoratae. Plin. lib. 8. cap. 15.

Macia, Anagallis.

Macir, ex India aduehitur, cortex rubens, radicis magne, nomine arboris suae. Plinius libro. 12. capite octauo.

Macis, Lege, μάκρη.

Macrocola, a longitudine dicuntur. Sunt enim hoc nomine maiores & longiores chartae, quas modo Regias, ut arbitror, uocamus. Ex eadem origine fortasse, qua hodie Notarij Prothocolla.

μακρονοσημία, longitudo aegrotationis.

M A

Maculosus color. Lege, Color uariis.

Macerare in aceto, uel melle, & illinire ex aceto, elegantius multo dicitur, quam infundere in aceto.

Macri quod curandi, uide Gal. 14. Method. μακρογῆρος, longeuus, longe senectutis.

M A D

μαδάρωσις, ubi ex palpebris defluunt pili. μίλφοσις, eadem dicitur passio.

μαδέλκον, id est, βδέλλιον.

Madon, Vitis alba Dioscor. lib. 4. cap. 194.

M A G

Magiae naturalis, qua usi sunt Plinius, Theophrastus, et Aristoteles, laudes lege apud Coelium antiquarum lectionum lib. 1. ca. 42.

Magistrinus medicus, citatur ab Aecio sermone. 13. capite. 26.

μάγματα, dicuntur, quae expressa reliqua liquidiori materia, crassiores relinquuntur unguenti faeces. Plin. lib. 13. cap. 12.

Magnes lapis, optimus est, qui ferrum trahit, μαγνίτης graece. Lege Dioscor. lib. 5. cap. 139. Plinium lib. 36. cap. 16.

Magnes. Vide, Heraclius lapis.

Magnus morbus. Lege, Morborum differ.

Magnus pulsus. Lege, Pulsuum different.

Mago, rusticationis parens, ut inquit Columella de re rustica, lib. 1. nam huius octo & uiginti memorabilia uolumina, ex senatus consulti iussu, in latinum sermonem conuersa sunt.

Maguderis, Laserpitij genus. Alij uocant caulem Laserpitij: sed a Laserpitio differt teneritate, in Syria & Parnaso monte plurima. Sunt qui & hanc Laserpitium appellant. Barbarus in Coroll. Laserpitij. Plurima etiam in commentario Vergilij.

Magnitudo corporis proprie uocatur, quae longitudine, altitudine, et profunditate moderantiam exuperat. Gal. lib. 12. Aphor. ult.

Magnum habere discrimen dicunt medici, quae cunctae inuicem distant speciebus. ueluti dolorem qui ponderis cuiusdam similitudinem gerit, ab eo qui uidetur ferire. uel aliquid aliud pati.

Magnus, inquit Galen. qui nostro tempore archiater uasit, de Antidotis scripsit quaedam. Gal. de Theriaca ad Pisouem.

Magus. Legc. Emplastrum magus.

M A I

Maiae, cancerum genus. Vide apud Plinium libro nono, capite. 31.

Maioranus medicus, citatur ab Aecio sermone duodecimo, cap. ultimo.

Manus uocabulo, medici abuti consueuere, & accipere pro uehementiori.

Maioranae descriptionem, lege apud Dioscoridem lib. 3. cap. 45. dicit, Samsuchum.

## M A L

μαλα. Vide, Antiades.

Malabathinum unguentum, foliatum Martiali, & alijs quibusdam scriptoribus dictum est, ob odoris similitudinem.

Malabathrum Plinius arborem Asiae affirmat esse lib. 12. cap. 27. & de medicamentis lib. 23. cap. 4. folio conuoluto, arido colore, fertilius in Aegypto, laudatius in India paludibus sine radice fluitans. Improbant candidum. Ceterum Dioscor. ita prodidit.

Malabathrum arbitrantur aliqui esse Indici Nardi folium, falsi quadam odoris cognatione, permulta enim Nardum olent: quemadmodum phu, asarum, niris, secus autem res se habet. Namque Malabathrum folium sui generis est, quod Indice gignunt paludes, lentis palustris modo innatans aquae sine radice. Id collectum, statim lino transfuitur & siccatum reconditur. Lege Dioscor. dictione, Malabathrum, lib. 1. Nunc medici, nec primum, nec secundum, sed tertium tantum nouere. Appellant a Mauritanis suis Terribul: cuius surculi cum folio quale arbuti siue lauri est. Foliatum inde unguentum: quo foeminas locupletes oblini Romae solitas, Galenus autor est. Graeci φύλλοι, id est, Folium appellant, Nescio an illud sit, quod folium Indum quoque uocant hodie, satis firmum & solidum folium, non admodum dissimile folio nucis iuglandis, ni fallor. Est herbae genus quoque in saxosis nascens, ut inquit Barbarus: quod & ipsum syluestre folium dicitur. Vide Plinium.

μαλάβαθρον, Lege, Malabathrum.

Malachra, Bdellium.

Malacia, uitium quod alias graece, κίττα, muliebris morbus, quo appetunt quae non conueniunt.

Malagma, Ipoterium inscriptum quod conficitur, require apud Aecium ser. 10. cap. 22.

Malagmata, & Emplastra differunt. Malagmata enim maxime ex floribus eorumque surculis fiunt: Emplastra, pastilique magis ex quibusdam metallicis. Deinde, Malagmata cotusa, abunde mollescunt, nam super inte-

gram cutem iniiciuntur: laboriose uero conteruntur ea ex quibus emplastra, pastilique fiunt, ne laedant uulnera, cum imposita sunt. Inter Emplastrum autem, & Pastillum hoc interest: quod Emplastrum utique liquatum etiam aliquid accipit: in Pastillo tantum arida medicamenta, aliquo humore iunguntur. Quae reliqua sunt, uide apud Celsum libro quinto cap. 17.

μαλάγματα μινυτικά, quae ex alto causas inductione propria detergere ualent.

μαλάγμα διαχύλων, id est, emplastrum diachylon, id quod Barbare Diaquilon.

Malandria, uulnera quae accidunt equis circa ipsas ceruices.

Maldacon, Bdellion.

μαλάθειν, uide λύνειν.

Malcha, limus similis naturae cuius est νάφθα, in Comagene urbe, Samosaca stagno emergens. Flagrat ea protinus, & cum quid attingit solidum, adheret, et sequitur fugientes.

Male preparata & cocta appellantur, quae elixari, torrerique debentia, iustum in his finem non sunt consecuta. Galenus libro. 4. de sanitate tuenda.

Malefica ulcera, lege, κακονθῆ ἐλκῆ.

Malleorum. Corrige, Malleolorum. Sunt enim Malleoli uocabulo apud scriptores rei rusticae frequentissimo, surculi uitium utrinque capitulari: & ob id malleoli nuncupati, perinde ac mallei effigiem representantes. Colum. lib. 3. cap. 21.

Malleoli tibiarum processus imi, talorum nomina acceperunt. Vnde Talaria dicta, simileque in cane est, quod & a M. Varrone Talus dicitur.

Malleolus, nouus palmes uitis. Teutonice, des abgesehnitten zuueigs gestalt als cyn frumerlin.

Malleus, generale nomen omnium morborum. qui fere pecudibus accidere solent, tamen in primis equis, ut inquit Vegetius libro primo cap. 2. ipsa sua appellatione uim cladis indicans. Sunt autem species Mallei sex. Humidus, Aridus, Subtercutaneus, Articularis, Elephantiasis, Farciminofus.

Malleolus. Lege, Astragalos.

Malicorium, asperum est mali punici putamen. aliqui Sidion appellant: fortasse, quoniam & arbor ipsa ab Beocijs Sida appellatur.

Malignis lignis. A malo arbore pomifera,

**Malignū lignum** dici arbitror. **Plinius** melinum unguentum celebrat: ex eo dictū, quod ex Malis cotoneis fit. Nam *μύλον* græce, malum appellatur. **Columella** lib. 7. capite. 8.

**Malignus morbus.** Lege, **Morborum** differentias.

**Maloion**, **Lychnis**, apud **Dioscoridem** lib. 3. capite. 113.

**Malogranatum.** Lege, **Punicum malum.**

**Malua syluestris**, **Althæa**, apud **Dioscoridē** lib. 3. cap. 164.

**Malum punicum.** Vide, **Chondros.**

**Malum terrestre**, **Mandragora**, apud **Dioscoridem** lib. 4. cap. 79.

**Malum terrę**, **Aristolochia**: de qua uide **Dioscoridem** lib. 3. cap. 5.

**Malus Medica**, quæ sit, quoniam de ea controuersia est apud eruditos, consultius ex **Corol. Bar.** petendū censui, qui de ea, quicquid in uniuersum **Plin.** lib. 12. cap. 3. **Theophrastus** lib. 4. & **Athenęus**. 3. diuinosophistæ de ea tradiderunt, in compendium contraxit. Verba igitur eius hæc sunt in **Coroll. de Medica Malo**, **Commentarijs** in **Dioscor.** libr. 1. **Malus Medica** flores duobus modis precreat. Alios, qui uelut erectam in medio colum habeant, foecundiores existimatos. Alios, qui careant ea, infœcundos. Sunt qui & **Assyriam** & **Persicam** **Malum** uocent. Item **Citrum**, **Citreum**, **Græci** & **Hesperida**, & **Malum eius Hesperidum**, autore **Iuba**, qui ab **Hercule** translatum id in **Græciam**, & aureum **Malum** uocatū scripsit, ut **Vergilius** de ijs intellexisse uideatur, cum dixit: **Aurea mala decem.** **Nuptiale pomum** intelligi hoc uolunt, qui æditum a tellure fabulantur, nunciato **Iouis** & **Iunonis** connubio. **Folium** ei **adrachnes**, **unedonisq;** spinis intercurrentibus, ut in **piro** & **oxyacantha**, sed leuibus, infestis mucrone, ualidis. Non mandebatur pomum **Theophrasti** ætate, sed ne **Plinij** quoq; ( ut arbitror ) magnopere, tantum odore cōmendatū. **Plutarchi** certe auorum memoria gustabat nemo, ut **Athenęus** inquit. Nunc a **Palladij** fere temporibus promiscuū expetimus cœnis, qui & medullas eius acres dulcibus mutare docuit, quanquam **Apuleius** negauit eandem esse **Malum Assyriam**, siue **Medicā**, quæ **Citrus**; quod **Citrus** exiguum esset ge-

nus arboris, **Medica** uero, ut **Maro** scribit, ingens. **Pamphilus** **Citrum**, **Critum** a Romanis eam dici parum peritus homo scripsit. Vtuncq; arbor hæc scribitur, uere, partibus, cultissimis, semine quarto die, aut quinto rigatur. **Maiuscula** transfertur etiam uere in solum molle, uduq; nec admodum gracile, **Arbor** ipsa omnibus horis pomifera est, alijs ruentibus, alijs subnascentibus, alijs maturefcentibus. Seritur & fictilibus dato radicibus spiramento per cauernas ut palmarum, qualiter omnia transitura longius haberi conueniunt. Semen eius solum id quod in colo quadam e medio prorumpit, foecundum existimatur a **Theophrasto**. Sed hæc olim fuere. Nunc translaticia & triualis fere arbor, ut pluribus generibus citreata, **Liguria**, **Campania**, **Benacoluca**, **Italia** fere tota germinant foeliciter, quamcūq; libeat imaginē reddentia. Hæc ex insitione **Mali** quoties proueniunt, **Citromela** proprie dicuntur ab aliquibus. Quamquam uero **Medica Malus** dicatur, ipsum tamen pomum **Galenus** **Malum Medicū** uocari negat, sed **Citrinum** duntaxat. **Theophrastus** etiam **Malum Medicū**, & **Persicum**, est ubi appellet, cum huius fere unius mali semen imperspicuum esse dixit secundo uolumine de stirpibus, ut **Athenęus** interpretatur. **Diphilus** autor est, **Citria** quandoq; **pruna persica** uocari solita. **Aristophanes Grammaticus** a **Lacedæmonijs** **Oxymala Persica** nuncupari prodidit, quibus & **Deos** coronent. **Mensas** illas ueteribus & **Plinio** decantatas, præsertimq; **Ciceronianam**, non ex hac fuisse **Citro**, sed ex alio **Citri** genere, cōiugio pluribus argumentis: sed illo potissimum, quod arbores ex quibus fierent, cupresso foeminae syluestri similes folio, odore, caudice, a **Plinio** produntur **Anchorano** monte citerioris **Mauritaniae**, sed iam tum exhausto. Item **Atlante**, cuius imas radices densis, altisq; repletas, syluis incognita genere arborum. **Suetonius Paulinus** a **Plinio** citatus, asserit spectabili proceritate, e nodi nitore, frondibus cupressi, præterq; grauitate odoris, has tenui lanugine obduci, quibus addita arte possint quales **bombyce** uestes confici. Idem autor paulo superius: **Efficacissima**, inquit, **luxuriæ** uis sentitur, cum **Ebori**, **Cedroq;** syluarum exqui-

rantur. Præterea, quis potest negare arborē ex qua tam celebres mensæ constant Trogetem, & Thyian, & Thyon, a Theophrasto & Strabone dictam esse: idq; Plinius exploratissimū nobis fecit. De Thyia uero Theophrastus: Perpetuo, inquit, uiret, arbor procera, inter syluestres ferotina, ut nulla fere tardius germinet: argentissimis locis, & cacuminibus montiū gaudens. Circa Hammonis delubrū præcipua nascens, & in inferiore Cyrenaicæ parte, atq; ubi ipsa tunc esset, ramis, caudice, frondibus, syluestro cupresso similis. Ex ea ueterum templorum contignationes fuisse, immortalis post Cupressum in tecta materię. Nihil radice crispius, nec aliunde preciosiora opera. Siccatam mari duricię, & maturitate incorrupta spissari tradunt, nec ullo modo uehementius. Homero quoque notā fuisse, inter odores uti solitam a Circe: magno errore eorum, qui odoramenta in eo uocabulo accipiunt. Cum præsertim eodem uersu Cedrum & Laricem nominet, ut manifestum sit, de arboribus tantum locutum. Nam & Calypsus, & Helenę thalamos, & Thyia conditos, idem Poeta cecinit. Quid habet Citrus nostras commune cum Cupresso? Frondis Cupresso, Iuniperi, Sabinæ, Cedri, Citro, Lauri, Adrachnes, Arbuti. Quid tam diuersum, q̄ Galbulas & Citreum? omitto alias notas, quibus perspicuo liquere potest uolentib. decipi Grammaticos, quicunq; mensas citreas ex hac Citro quę nūc habetur, factitatas arbitrantur. Dion certe historicus, Nero nis uita nō citreas, sed cedrinas mensas appellauit, siue Cedro potius q̄ Citro similes esse uiderētur arbores, siue quod in exemplari uitiū est. Erit ergo Thyia, siue quod idem est, Trogetes, & Citrus duorū omnino generū, ut constat. Vnū Cedri eius ex qua mensæ dolabantur: Alterū Citri eius, ex qua Malus Medica. Plinius, Alia, inquit, est arbor eodem nomine malū ferens execratum aliquib. odore & amaritudine, alijs expetitū, domos etiā decorans, quod & sensisse Macrobius uidetur. Hodieq; Mauritanii Malum Medicā, et pomū eius Atrogi uocant, a Trogete uocabulo parū deflexo: alioquin Trogetem nō quia mandiposset, sed catātiphrasin, quia mandī nō possit, appellatū censuerim. Quandoqui-

dem, ut dixi, ueteribus esculenti non erat. In summa, non nego Malum quoq; Medicam in Mauritania fuisse, cum eius plena sint Poetarū omnia fere uolumina, sed ex qua mensę illę celebres existerēt, Malum Medicā fuisse, hoc nego, & pernego. Nec dissimulandū tñ est, Phaniam Eresium, quinto uolumine de Plantis, Cedrum appellasse, ac Malum cedrium, pro eo quod nos Citrum, & Citrium uocamus: & Dioscoridē secuti, Cedromelon. Varro quoq; Libycam Citrum nominat. Malus Medica, Citriū autē, inquit Aecius, appellat ipsam, & aureū Malū, ser. 12, c. 29. Malus Persica. Lege, Malus Medica. Malus Citri, Lege, Malus Medica. Mala Hesperidum. Lege, Malus Medica. Mala aurea. Lege, Malus Medica. Malum Citrinum. Lege, Malus Indica. Mala Scanciana, uel Scandiana. Mala Gestiana, siue Sextiana, siue ut Gręci uocant, Castiana, quoniam & Cestomela uocantur ab Aecio. Quanc̄ ridicule a Cesto, id est, loro dicta quidam existimant interpretes, cui similia sunt cortice. Mala Pezomela, uulgo & austerā. Mala Aphratomela, e dulci austerā, odorata, & pulpam habentia asperiorē, & squalentem ut Cydonea. Mala Petisia, parua, saporis gratissimi. Mala Pelusiana. Mala Prosiua. Mala Veriana. Mala Tuberneriana. Mala Sirucia. Mala Phaulia, quæ & Delphica græce. Mala Platania, & Mordiana, orbiculatis similia, ex Apolloniata agro, qui Mordius cognominabatur. Mala Camerina, & ut Columella uocat, Amerina, siue Græcula. Mala Gemella, nuncq; in foetu singula. Mala Belgemela, siue Melgemela, quibus folium unum, aliquando geminum erumpit latere medio. Mala Serica, a colore. Mala Melappia, a gentilitate sic dicta. Mala Mustea, a celeritate mitescendi. Mala orthomastica, a māmārū effigie dicta. Mala Spadonia, dicta sic a castrati feminis conditione. Mala Pannucea, a corrugationis celeritate.

Mala pulmonea, ab importuno & stolido tumore.  
 Mala Dacia, uilissimi saporis.  
 Mala Corinthiaca, e Sidunte uico.  
 Mala Laconica, & Herina, a uere dicta.  
 Mala Chnodia, dicta a lanugine.  
 Mala caduua, id est, rancida, marcida, & caduca.  
 Malo uini proprietates aequae ut piro.  
 Mala aedestina, quam grandissima, calore ac humore temperata, Medicis monstrantibus.  
 Mala Zizipha, quorum duplex genus Columella facit, rutilum, & candidum. Quamquam sunt qui Ziziphis, etiam Dinzizipha legunt.  
 Malum. Lege, Nux.  
 Malorum appellatione, ueniunt & Cotonae, & Granata, & Persica, & Piri genus unum, Librale nuncupatum, ab amplitudine ac pondere.  
 Mala Epirotica. Lege, Epirotica mala.  
 Mala Orbiculata. Lege, Epirotica.  
 Mala Praecocia. Lege, Melimela.  
 Mala Armeniaca, inter primas florent arbores.  
 Mala Maciana, ex uico Aquilegiensi, sub ipsas Alpes, quibus similitudine respondent, Gangeris Paphlagoniae urbe nascentia, nunc Hispaniae uernaculo uocabulo Maciana, in commune sunt mala omnia.  
 Mala Manliana, a Manlio sic dicta.  
 Mala Claudiana, colore rubenti.  
 Mala Appiana, odore & magnitudine Cotonaeorum, insito Cotonaeo.  
 Mala Sceptiana rotunditate insignia.  
 Mala Quiriana, conduntur dolijs a Catone.  
 Mala Testiaca, quae molli testa integuntur, ueluti marinae locustae, gammari, & cancri.  
 Malorum multa genera recitat Dioscor. libro. 1. Celsus lib. 2. cap. 23.  
 Maluarum descriptionem lege apud Dioscoridem lib. 2. Plin. lib. 20. ca. 22. Theoph. lib. 9. cap. 19. Plura etiam de his in Herbarij nostro tomo. 2.  
 Malum erraticum, quibusdam Cyclaminos.  
 Malum de Ponti, Medici uocant puerorum tenasmonem.  
 Malum terrae, Aristolochia, non tuber terrae, quod est Cyclaminos, ut falso putat Theodorus.  
 Malum terrestre, Chamemelon.  
 Malum mortuum, appellant exulcerationem

quandam malam, crustaceam, aridam, brachia & crura praesertim inficientem; ulcus ut existimat Manardus, Escharodes.  
 Malus Assyria, quam alij uocant Medicam. Folium eius unedonis, intercurrentibus spinis. Arbor ipsa omnibus horis pomifera, alijs cadentibus, alijs maturescentibus. Plinius lib. 12. cap. 3.  
 Malus, corticis liuore nitet. Peculiares habet nodos belluata facie, ut Theophrastus scribit, sed praegrandi uno, alijs circa eum pusillis: fructificat primis frigoribus. Caetera de Malis Plin. lib. 15. cap. 14. lib. 12. ca. 13. lib. 16. cap. 27. Dioscor. lib. 1. Galen. li. 7. Simplicium, ca. 104. lib. Alimentorum. 2. cap. 20. Auerrois quinto Colliget. Serapion cap. 133. Hermol. Barb. in Coroll.

## M A M

Mamolaria, Acantha, Diosco. libro tertio, capite. 18.

## M A N

Mandragora quae sit, uide apud Dioscor. libro. 4. cap. 79.  
 Manantia capitis hulcera, Plinius & Dioscorides uocant, quas Graeci ἀχάρεις ἢ κήρια, Auicenna Saphatum, Hali abbas Tineam: sub quo nomine & ficus, & phydria, et exanthemata comprehendere uoluerunt.  
 Manantia corpuscula, id est, atomi.  
 Mania, alienatio est mentis, cum cogitationis mutatione, uocis amissione, et eorum qui in ipsa sanitate sunt sensuum. Moriuntur autem sine febre. Definitur autem, furor sine febre, cum hylaritate.  
 Manifestae causae. Lege, Caussarum alia.  
 Manna thuris. Tria haec simul plerumque in officinis, & earum acerris inueniuntur, scilicet, thus, cortex, & concussu elisae thurimicae, quas Latini ueteres aliquando Manna, aliquando Pollinem thuris dixerunt, substantia autem non penitus aliud, aspectu autem & rei euentu diuersa.  
 Mannam uocamus, micas ex concussu thuris elisas. Lege, ἐλασομέλι.  
 Manna quando cognitum. Ibidem.  
 Manon, spongiorum genus minus spissum, molliusque. Plin. lib. 9. cap. 45.  
 Mantichoa, Indiae bestia, magnitudine leonis, pelle uillosa, ac purpurea, uultu fere et auribus humanis: triplici dentium serie superius, totidemque inferius, hisque acutis, & aliquanto quae canis maioribus; oculis uillo-

sis, noctuæ similibus: unguibus Leoninis: cauda bifida, utrinque aculeis cuspidata, quos in certamine eminus eiaculatur, & pro telis utitur, alijs subinde renascētibus: uescitur humana carne: quapropter Anthropophagū appellant. Hæc Aelianus. Et Plinius lib. 9. cap. 21.

Mantia, diuinationo: quā si ad inanes, ad stultas quasdam prædictiones referas, rectius dicitur Mania.

μαντικήν appellauit Hippocr., & ὀωνισικήν, & ἱεροσκοπίαν θυτικήν a plæriscq; appellatam: quam uere antiqui alijs ἱεροσκοπίαν uocant, quod ἱερεῖα, id est, hostias inspicientes, qui in ea scientia graues & præstantes sunt, ex ipsis uentura prænuñcient. ἱερεῖα autem scimus appellari omnia, quæ Dijs ad honorem exhibemus: quales sunt quæ litantur uictimæ: quarum exta inspicientes ἱεροσκοποῖ, id est, aruspices prædicunt. Eos uero qui ex auium uolatu augurantur, quos ὀωνισαῖς, & ὀωνοσκοποῖς, id est, auspices uocant, nunc μάντεις, id est, augures appellauit Hippocrates, quancq; μάντεως nomē, & μαντικής, de omnibus quæ ita prædicūt artibus proferatur. Nempe μάντεις uocantur, & ἱεροσκοποῖ, & ὀωνισαῖς, & qui appellantur γενεβλιακό, & qui per notas futura prædicunt. Præterea & χρησομολόγοι, id est, fatidici, & θεομάντες, id est, diuini uates. Sunt qui & ὄνειροπόλους, somniorum interpretes, inter μάντεις ponant: ut Homerus Iliados. α. ἀλλά γε δ' ἄτινα μάντειν ἱερεῖομεν ἢ ἱερα, ἢ καὶ ὄνειροπόλου, ἣ γὰρ τὸ ὄναρ ἐκ δ' ἰός ἐστι. id est, Consulamus augurem quempiam, aut aruspicem, aut somniorum interpretem, nempe & ab Ioue ostenduntur insomnia. Hæc Galenus Commentariorum in Hippocratem lib. 1. de morbis acutis.

μάντεις qui sint, require in dictione, μαντικήν appellauit.

Manni, equi non admodum magni, qui tolutum, id est, more Asturcorum equorum uestigia glomerant. Sunt autem Asturcones ex Asturia præcellentissimi equi.

Manni in Britānijs & Hispania habentur. Manualis, Oxyschinos. Diosc. lib. 4. ca. 55.

Manum mittere in carpum, Galeno autore, est arteriæ motiones explorare.

Manuales, fasciculos appellat Plinius, quos uulgius hodie Medicorum & officinæ ma-

nipulos uocant, maxime uero herbarum, in syrupis decoquendis.

Manus Hepatis, uocantur Meseraice, quæ sunt in ipso mesenterio: sic dictæ, quia rapiunt ab intestinis materiam sanguinis, & illam dant hepati.

Menas, Græci μαινίδας appellant, laudatissimas e Lipara: uulgius Menulas, Aleculam, quasi ex Plauto Diodorus interpretatur. Sed Aleculæ uocabulū generale est, ut inquit Herm. Barb. idē apud nos significans, quod apud Græcos Antracides. In Pannonia, inquit, copiosiss. pisciculum uenantur, & inueterant, Arengam uocantes, ipsi Alecem hodie quoq; nominant. Similes inter se uult Speusippus esse Menas, Boacas, & Smaridas. Candidiores nempe Menas, sunt qui Boacas, siue Beacas appellēt, hoc est, Leucomedas. Smarides uero, siue Marides, sunt quos nonnulli uocant Cynoseuma, ut inquit Athenæus. Aristophanes Bizantius solus nō Boacas, sed Boopas uocandos existimabat, quia parui essent, & magnos oculos haberent. Hæc Barbarus in Corollario Menarum.

## M A R

Maratha, quæ in rubis nascuntur mora, quam corrupta in Hippocrate lectio est, & fortasse pro μάραθα ἀπὸ βατῶ, legendum τὰ μόρα ἀπὸ βατῶ.

Marathis, Hippomarathrū. Dio. li. 3. ca. 80. Marathrites, uinum ex feniculo concinnatum, quod Græci Marathron uocant. Columella lib. 12. cap. 35.

Marathrum, Feniculum uulgare, de quo lege apud Dioscor. lib. 3. cap. 80.

Marcelli multi fuerūt, ex quib. insigniores, ut inquit Suidas, Marcellus Pergamæus, Orator sub Hadriano principe, cui librū inscripsit, de Regno. Alter Sidites, Medicus, sub Imperatore Anthonio, qui scripsit heroico carmine de Medicina libros. 42. Haud scio, an ille fortasse, quem apud Mæcenatem nostrum D. Ulrichum Huttenum uidimus: sed quem aliquando nobis, toties interpellatus, proferet doctiss. D. Ioannes Lotzerus, Medicus illustriss. Principis Lodouici Comitæ Palatini, nec sinet fraudari nos diutius spe nostra.

Marcellion, medicamen ad hoc genus celebre Græcis esse cōtingit in pleriscq; partiū corporis, sed in ijs quæ motui subseruiunt.

## M A

Marchasita, idem quod Pyrites, teste Geor-  
gio Agricola. Nam quod Græci, & post  
eos Latini Pyritem, Arabes Marchasitam  
appellant. Cæterū ne id tibi imponat, mul-  
ta etiam genera Pyritis. De quo alibi.  
Marcianus, Medicus Apher, citatur ab Ae-  
cio ferm. 11. cap. 11. Scripsit morborum re-  
media uaria.  
Marciaton unguentum, ab inuentore sic  
dictum.  
Marcipanes, pastilli sunt, sic dicti ab auto-  
re, uel primo coctore, uel a maza & pane,  
ut alijs placet.  
Marci pastilli, ab inuentore sic nominati.  
Marcum Catonem numerat Plinius lib. 25.  
cap. 2. inter Medicos herbarios. Nam præ-  
ter libros de re Rustica, etiam Commenta-  
rium scripsit de Cura domesticorū, & lon-  
ga Senectā paranda. Plin. lib. 29. cap. 1.  
*μαρινα* radix, id est, Iris.  
Marinus color, Lege, Color uarius.  
Maritari dicuntur decentissima translatio-  
ne arbores, quando illis uitis copulatur.  
Plinius. Consimiliter alternis, inquit, fer-  
uantur brachia, alternis putantur annis,  
sexto anno maritantur. Horatius quoque di-  
xit in Epodo. Altas maritat populos. Co-  
lumella lib. de Arborib. cap. 16.  
Marides, Lege, Menas.  
Marmaritis, herba Fumus terræ, apud Di-  
oscoridem lib. 4. cap. 111.  
*μαρμαριτις*, oculorū incerti & discurren-  
tis lucis splendores, apud Paulum libro. 3.  
capite. 18.  
Marmotæ, mures Alpini.  
Maronia, Centaurea, a Maronio Thraciæ  
monte, & Maronia ciuitate, quibus locis  
copiose fortasse, uel præsignis nascitur. Di-  
oscor. lib. 3. cap. 7.  
Marrubium, Canthurinum est, Marrubiū  
nigrum, uel Ballote, apud Dioscor. lib. 3.  
capite. 116.  
Marrubium magnum, idem quod Marru-  
bium nigrum, uel Ballote, apud Dioscor.  
loco præallegato.  
Marrubium, Prassium, apud Dioscoridem  
lib. 3. cap. 118.  
Martes, animal Mustelæ simile. Horatius,  
Venator capta marte, superbus adest. Ae-  
lianus.  
Maruda, mēsuræ genus, quod heminas sex  
capiebat, Autor Iulius Pollux.

## M A

Marum quid sit, uide apud Dioscor. lib. 3.  
cap. 74. Plin. lib. 12. cap. 24.

## M A S

Mas, animal uocatur, quod in alterum mit-  
tit prolificū semen. Aristot. de natura Ani-  
malium, cap. 3.  
Masculum thus, quod rotundum pepēdit,  
cum alias nō fere mas uocetur, ubi non sit  
fœmina. Religioni autem tributum, ne se-  
xus alter usurparetur. Alij sic dictum pu-  
tant, a specie testium. Plin. lib. 12. cap. ca. 4.  
*μασχαλαι*. Vide, Axillæ.  
Maspetum, Laserpitij caulis, apud Diosco-  
ridem lib. 3. cap. 93.  
Massaris, Oenanthos species, Medicis accō-  
modata, quæ nascitur in Aphrica. Plinius  
lib. 12. cap. 28.  
*μασπιτηρες*, temporum musculi, secundum  
Hippocratem: secundum Galenū, qui to-  
ti buccæ superpositi sunt.  
Mastax, pro Brucho, apud Nicandrum.  
Mastiche, ab officinis Mastix, resina lentisci-  
na, probatissima omnium ex Chio. Impor-  
tatur & ex India, quadam e spina. Item ex  
Arabia, Lamam uocant. Plinius lib. 12. ca.  
17. Dioscor. lib. 1.  
*μαστιχινον αιλειον*, oleum Mastichinum.  
Mastix, ex spina quadam fit in India. Plin.  
lib. 12. cap. 17. Reperitur & in Asia, & in  
Græcia herba eam desudans incisa. Chia  
ex Lentisco traditur gigni gumi modo.  
*μαστος χονδρους*, omnes uerterunt in Diosc.  
ex Plinio, mammaram duriciem, fortasse  
ex concreto lacte. *χονδρους* enim Græci,  
quod ex continuo aliquo seorsum concre-  
uerit, proprie dicunt.  
*μαστος*, mamma, ubera.  
Masuaphij confectionem præclaram, requi-  
re apud Aecium ferm. 13. cap. 118.  
Masytipos, Anagallis, Ethrusce.  
M A T  
Mateola, Vide, Trulla.  
Materiam submittito, id est, pampinū edu-  
cato, producitque ad incrementum, ut mox  
fructum ferat. Frequens uerbū apud Co-  
lumellam in hoc significatu, sicut & mate-  
ria pso uirga, siue palmite uitigineo. In se-  
xto ait idem, Materiam uocamus palmitē,  
cum & fructum, & noua flagella bene pro-  
creat. Alias Materix appellatione signifi-  
catur omne lignum accommodatū ad ædi-  
ficandum, Ideoque scribit Vlpianus. Sicut



legata, ligna sint, & arbores materiae causa succifas non debent. Et ut autor est Paulus, pertica & pali in numero materiae redigendi sunt: & ideo lignorum appellatio ne non continerentur. Hinc Materiarius uocabulo Plautino dictus faber Tignarius, & fabrica Materiata, Plinio nuncupatur fabrica Tignaria, quam Dedalus inuenit. Apud Vitruuium uerba sunt, Materiari, et materiaciones. Apud M. Tullium, aedes male materiatae, id est, tignis, trabibusque male fultae, maleque administratae, et ob hoc uitium facientes. Colum. lib. de Arbor. cap. 5. Materia, est natura, quae unicuique transmutationi subiecta est.

Materia, subiectum, & item potentia subiectiua, idem.

Mater herbarum, Artemisia.

Materialis pars Medicinae. Lege, Medicinae partes, seu species.

Matricaria, Hermolao Barbaro uidetur esse Parthenium apud Dioscoridem libro tertio, capite. 156.

Matricaria maior, Artemisia.

Matricaria minor, Mettram, Teut.

Matrices, quae fiunt matres & progenerant.

Vulgo Matricem uocant, genitalia foeminae qua fetus ipse concipitur, contineturque. Eruditiores matricem ponunt pro ea, quae foecunda est, & mater fit, & parit. Colum. loquens de Gallinis, inquit: Sint matricem robusti corporis. Et est haec dictio in hac significatione prope in usu Columellae. Suetonius arborem appellauit matricem, ex qua planta tantum foret. Videor, si memoria non labat, legisse apud Plinium, uno tantum in loco matricem poni pro locis genitalibus, secundum uulgatam significationem. Columella lib. 7. capite. 3.

Matrix, quod in medio ligni tertium a cortice continetur, ueluti medulla in ossibus. Id nonnulli cor, alij medullam appellant.

Matrix, siue uulua, extrinsecus neruosa, intrinsecus autem carnosior: & est receptaculum foetus. Gal. de Definit.

Maturare, & concoquere, est pus & saniam ad collectionem perducere, ut aut expressae, aut per se purgentur, πρὸς ἐνεργείῃ id graece uocant,

Maturatio, est tuberculorum pituitae, & ceterorum id genus, contentique in eis humoris concoctio: quam natius calor corporis

ris efficere solet.

## M A Z

Mazan, graece μάζαν. Aristophanis interpretes interpretantur στυφόν ἄρτον, id est rigidum panem: quo nomine quidam eum uolunt intelligi, qui uulgo nauticis in usu est, & Biscoctus uocatur. Fuisse tamen praestantioris edulij speciem, ex adagio coniectare facile est, quod olim graece sic habebat, ὑπερ μάζαν, supra masam, in eos scilicet qui disfluere delicias. Apud Lucianum quoque ὑπερ μάζαν uerbum legitur, pro eo quod est, luxuriosius agere,

Mazam putant ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex lacte: unde mox paulo nata & Mattya est: dictaque eo nomine omnia edulia, ut scribit Athenaeus. Theocriti interpres, ὁδοιπόροισι μάζα inquit, νεομάλακτον, ἢ νεοφύρακτον ψώμιον, id est, Buccella recens, Maddam pronunciant Megarenses,

Mazonomon, proprie lancem significabat olim ueteribus, ad ferenda obsonia in mesam. μάζος, papilla, mamma.

## M E A

Meatus, quos communiter, & quidem graece uocamus πόρους. Est autem res occulta, minimeque apparens.

Meatus seminarij, sunt ex uena & arteria simul concreti retinacula seminis.

## M E C

μικκάδισ, Capellae.

Mecaphrodites, apud Aecium herba contra uiperas commendata: fortasse id quod Dioscorides uocat Aphroden, uel Spumeum papauer. lib. 4. cap. 70.

Mecy, Anagallis ab Aegyptijs.

Mecon Aphrodidis, Peplos apud Dioscoridem lib. 4. cap. 179.

Meconion, a quibusdam Tithymalus. Vide Barbari de Tithymalis Coroll.

Meconiū differt ab Apio, si proprie loquaris, sicut apud nos succus a lacte: quod & sapor et lachryma quoque dicitur. Succus et Meconion uocatur, qui de cocto, uel crudo papauere ut in caeteris exprimitur: lac uero & opium, quod caule inciso manat e papauere nigro cum turgescit. Incidi iubet sub capite & calice. Nec in alio genere inciditur caput. Hermolao Barbaro in Corollario Papauerum.

Meconion, Anemone.

**Mediastinus**, significat seruū ministerio rustico priuatim attributū: quod sane erat laboriosum. Sed quod in agricolatione sit id officium, non satis liquet, nisi accipias pro eo, qui balnea curat & domum. Quidam etymon mediastini deducūt a medio astur, id est, ciuitate, quasi in media ciuitate uerferetur, & mediæ urbis incola sit: quæ significatio plane conuenit cum Horatiano carmine. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Quidam Mediastinum, a medio stando uocari memorant. Nō pauci Mediastinos tradunt dici uilissima quæq; mācipia, qui abiectissima quæq; officia, tam in agro, quam in urbe inter seruos peragunt, ut omnibus pareāt, nullius imperiū detrectātes, quasi in medio ac propatulo ad omniū domesticorum iussū præsto sint. De Mediastinis Nonius, Porphyrio, Priscianus. Ego re solerter, curiosoq; perpensa, uideo apud Columellam, Mediastinos proprie intelligi eos operarios, qui in studio agricolationis uersantur: quales sunt occatores, sarritores, runcatores, messorum. Hoc signat ipse Columella, scribēs in Secundo, posse ducentorum agrum iugerum, subigi duobus iugis bouum, totidemq; bubulcis, & sex mediastinis. Nam præter bubulcos, mediastini sex qui alij intelligi possunt, q̄ hi qui reliqua opera præter arationem in agricolatione conficiunt: ut est sarrire, runcare, occare, metere, & cetera hoc genus: sunt autem quasi hi in medio aratorū, & uinatorum consistentes. Columella libro primo capite .9.

**Medica**, Medion apud Dioscoridem libro quarto, capite. 21.

**Medica arbor**, id est, malus Assyria. Nomē est item herbæ pabularis, de qua Virgilius, tunc te quoq; medica putres Accipiunt sulci. Columella in secundo inter genera pabulorum eximiam scribit esse herbam Medicam, quod semel feratur decem annis omnibus. Columella libro septimo, capite quarto.

**Medicamen ex uiperis**, id est, Theriaca.

**Medicamenti potiones, & Medicationes**, cōsueunt Hippocrates proprie uocare eas, quæ cum purgantibus fiunt medicamentis, ut inquit Galenus libro septimo Aphorismorum, Aphorismo uigesimo quinto,

& libro secundo, Aphor. tricesimo sexto; Medicamentum ex aloe, uocatur quod alij Hieram picram, alij simpliciter picram appellant.

**Medicamentum amarum**, id quod alio nomine uocant Picram, uel ex aloe.

**Medicari**, Hippocrates sese dicere confreuit, pro uti medicamento purgante, Galenus Apho. 22. libro. 1.

**μνδixη**, Medica, id est, Helenium, uel E-nula campana.

**Medicinæ elementa**. Lege, Elementum.

**Medion herba**, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 21.

**Meditatio**, siue consyderatio, est remissio animæ secundum naturam ab extrarijs ad ipsum principatum.

**Medius morbus**. Lege, Morborum differentias.

**Medius pulsus**. Lege, Pulsuum differentie.

**Mediamen**, Venetorū lingua, quod inter similaginē et fursures mediū locū obtinet.

**Medica herba**, cum recenter prodijt, folijs & caule Trifolio pratensi similis est. Pro-cedens uero folia contrahit, caules edens Trifolij, in quibus semen lentis magnitudine dependet, quod in cornicula incuruatur. Per bella Persarum quæ Darius intulit Græciæ, aduecta in Italiam scribitur. Differt ab ea quæ Medion uocatur, & ab arbore Medica. Vide Diosc. li. 2. cap. 164.

**Medicina absteriua**, quæ remouet ab superficie membrorū & orificijs pororum, coagulatas & uiscosas humiditates.

**Medicina apertiuua**, quæ nō tantum ab orificijs meatuū, sed a concauitatibus ipsorū mouet materiam ad extra intus cōtentam.

**Medicina calida uocatur**, quæ cū passā fuerit, a naturali uirtute nostri corporis calefit primo, deinde calefacit corpus nostrū. Similiter accipiendum est de frigida, sicca & humida medicina. Auicenna.

**Medicina coagulatiua**, quæ frigore coagulata calore dissoluitur, & liquefit a calore dissoluta. Auicenna.

**Medicina cōminuibilis**, quæ diuidi potest in minimas partes a debili causa.

**Medicina dissolutiua**, quæ propter excellentiam suæ caliditatis, humorem diuidit sub forma uaporis, & eius partes extrahit successiue a loco in quo includitur, donec consumatur.

Medicina fortis debilis, est medicina fortis in uirtute, & operatione, & debilis in dosi, ut scammonia, turbiti, & esula.

Medicina debilis fortis, quæ scilicet uirtute est imbecillis, & tamen dosis eius magna est, ut cassia, & manna.

Medicina mordicatiua, est illa quæ habet qualitatem subtiliter penetrantem, causans in continuitate solutionem.

Medicina exasperatiua est, quæ membrum ipsum in superficie efficit diuersarum partium, quo ad situm.

Medicina opiata, ab opio dicitur, narcotica.

Medicina grossa, uel crassa, quæ subtili est contraria, Auicenna.

Medicina subtilis uocatur, quæ postquam passa fuerit, a naturali uirtute in corpore nostro uelociter diuiditur in intimas partes, quantum est possibile: sicut est crocus, & cinnamomum. Auicenna.

Medicina rationalis, quæ abditarunt, et morbis carentium causarum noticiam complectitur: deinde euidentiū: post hæc etiam naturalium actionum: nouissime partium interiorum. Celsus lib. 1.

Medicina uiscosa, quæ tolerat extensionem absque intercisione. Auicenna.

Medicamenta ἀρτηριακά, quæ partes pectoris in passione constitutas exercet: a Græcis ἀμυκτικά appellata.

Medicamina diaphylactica, i. præseruatiua.

Medicū pharmacū apud Hipp. pro pipere.

Medicamina indoloria, id est, ἀνόδυνα.

Medicinæ inuētores ex iudicio Galeni.

Artium inuētiōnes uel Deorū filijs, uel quibusdam eis propinquis, quibus Diij ipsi primum omnes illas, artis in quibus, communicare dignati sunt, Græci ferunt acceptas. Hac igitur ratione Medicinam quoque principem Aesculapiū ab Appolline præinstitutum, hominibus tradidisse aiunt, unde eius scientiæ inuētor extitisse uidetur. Porro ante illum ars Medica nondum hominibus fuit cognita, nisi quod ueteres medicamentorum et herbarum, quas apud Græcos Chiron Cætaurus, & ab eo eruditi heroës nouerant. Ad hæc, quales Aristeo Melampodij, & Polybio ascribuntur, experimēta quædam habere. Apud Aegyptios sane, præter herbas aliā quoque medicamentorum rationem in usu fuisse, Homerus hūc in modum testatur. Fertilis Aegyptus, rerum medicamina partim

optima mixturis, partim deterrima nutrit. Iam uero ex cadauerū illa incisione, quam in exequijs habere moris erat, multa etiā quæ manu administrantur, apud priores medicos inuenta esse dicuntur. Quædam ex casu obseruata fuisse: ueluti suffusis sanguinem mittendum inde, quod capra quæpiam ex suffusione male habēs, stipite acutissimo in oculū impresso, uisum receperit. Quin & clysteris usum ab Ibi profectū esse scribunt. Hæc enim collo, tanquam clysteris utre marina, Nilique aqua impleto, rostro aduicitate per eam partem se perluit, qua recrementa reddi solent. Scribit etiam Herodotus historiographus, quondam ægris in compita expositis, illos qui ipsidem aliquando morbis laborarant, referre solitos, quibus unusquisque usus sanitatem recuperauerit. Atque hoc modo, ex multorum usu ac experimentis, rem medicam conflatam esse. Sed hæc quidē experientia ratione uacua, nondumque rationabilis fuit. Cæterum perfectam medicinā, & omnibus numeris absolutam, uere diuinam aio, Aesculapius solus inuenit. Illam uero quæ inter homines uersatur, huius successores Aesclepiadæ, posteris ueluti hereditario acceptam tradiderunt. Maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primusque cōsummata apud Græcos medicinam in lucem protulit.

#### QVI TRIVM SECTARUM principes extiterunt.

Rationalis sectæ & autor & princeps Hippocrates Couus. Post hunc Diocles Carystius, Praxagoras Couus, Herophilus Chalcidionius, Erasistratus Chius, Mnesitheus Athenæus, Aesclepiades Bithynus, Cienus, qui et Prusias dictus est. Empiricæ præfuit Philinus Couus, qui primus eam a rationali separauit, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Acronem Acragantinum, quo rationali esset uetustior, ei dedisse initium dixerunt. A Philino Serapion Alexandreus ea secta floruit. Dein Apollonij duo, pater, & filius, Antiocheni. Hos secuti Menodotus, & Sextus accurate eam coluerunt. Methodicen Themison Laudiceus Syrius incepit, qui ab Aesclepiade rationali deflectens, ad Methodicæ sectæ inuentionem se contulit. Thessalus Tralilianus eam absoluit, Post hos Mnasia Di

onyfius, Proclus, Antipatrus. In ea nōnihil diffenserūt Olympiæus Milesius, Menemachus Aphrodisæus, et Soranus ephesius. Fuerunt nōnulli ἐπισυνθετικοί apud Græcos nominati, ut Leonides Alexandreus: quidam ἐκλεκτοί, ut Archigenes Apameus Syrius. Atq; hæcenus quidem Galenus.

Medicinæ partes sunt, φυσιολογικόν, αἰτωλογικόν, ὑγειικόν, σημειωτικόν, ἢ θεραπευτικόν. Id est, rerum naturæ cognitio, causarum morbos continentium noticia, sanitatis tuendæ ratio, signorum observatio, & medendi modus.

Medicina trifariam diuisa est: una uictu, altera medicamentis, tertia manu medetur. Prima auxiliorū quæ digerendi, apponendi, & concoquēdi facultatē habent, quæ ad ministratio omnibus quidem ægrotis, sed præcipue febricitantibus in usu est. Secunda incisionibus, unctionibus, & ossium restauratiōe homines curat. Tertia tenuibus medicamentis interiores affectus & exteriores sanat, interim eius quæ uictu morbos curat, interim illius quæ manu medetur, requirit auxilium. Lege Gale. in Isagog.

#### Medicinæ inuentio.

Medicinam principem Aesculapiū ab Apolline patre institutum, hominibus tradidisse aiunt, unde eius scientiæ inuentor fuisse uidetur. Porro ante illum ars medica hominibus nōdum fuit cognita, nisi quod ueteres medicamentorum & herbarū, quas apud Græcos Chiron Centaurus, et ab eo eruditi heroës nouerūt: ad hæc quales Aristæo, Melampodi & Polybio adscribuntur, experimenta quædam habuere. Cæterum perfectam medicinā, & omnibus numeris absolutam, uere diuinam aio, Aesculapius solus inuenit. Illam uero quæ inter homines uersatur, huius successores Aesclepiadæ posteris, ueluti hæreditario iure acceptam tradiderunt. Maxime Hippocrates, qui omnib. facile præcelluit, primusq; consummatam apud Græcos medicinam in lucem prodidit. Hæc Galenus in Introductorio, seu Medico.

Medicamenta quædā alia Aegyptiis in usu fuisse præter herbas, Homerus in hūc modum testatur. Fertilis Agyptus rerum medicamina, partim optima mixturis, partim deterrima nutrit, Inde uero ex cadauerum

illa incisione, quam in exequijs habere moris erat: multa etiā quæ manu administrantur, apud priores medicos inuenta esse dicantur. Galenus in Introd. siue medico.

Medicorum sectæ quæ, & quot, lege, Sectæ Medicorum.

Methodica secta, & Methodici qui fuerūt, lege, Sectæ Medicorum.

Medicina partim ars, partim coniectura, teste Erasistrato. Gal. in Introduct. fol. 113.

Medicina in quantum, & quomodo est scientia, eodem.

Medicina teste Hippocrate lib. de flatibus, est adiectio, uel ablatio. Adiectio quidē deficientis, ablatio superantis in hominū corporibus. Gal. in introd. ut supra. Alia diffi.

Medicina est sanitatis conseruatix, morborum repultrix, eodē. sed hæc diffinitio nulla est. Alia Herophilii. Medicina est sciētia salubrium, insalubrium, & neutrorū. Gal. in introd. fol. 116. Hippocrates autem in libro de arte, sic definit medicinam, hoc nomine appellās, ut sit quæ a morbis & ægritudinibus liberet affectos & laborātes grauius, & uehementiores morborū impetus sedat, & ne malo uictu admoliamur, monet: scientes hæc omnia medicinam præstare posse. Sunt & alij non pauci, qui sic definirūt: Medicina est ars nō minus sanitati iuuandę, atq; morbis sanādis accommoda. Medicina multum laboris ac molestiarū exhibet professoribus suis. Illis uero qui eius usu indigent iucunda & utilis existit. Hippocrates de flatibus a principio.

Medicinæ usus, egregius est manuum exercitator & magister. Hippo. eodem.

Medicina maxime secundū naturā est eodē Medicinæ summæ partes sunt, speculatio & actio: præcedit autē speculatio actionē.

Prius em̄ speculari oportet, deinde agere. Medicinæ partes siue species sunt quinque: Physiologica, pathognomica, diætica, materialis, & curatoria. Physiologica, est naturę nos gubernantis contēplatio. Pathognomica, est illius quod præter naturā est, noticia. Diætica est sanorum, ægrorumq; uictus ratio. Materialis est, quæ habet unde salus recuperatur nobis. Curatoria est, quæ in remedijs consistit.

Medicamentorum ueritatem, & naturam uariam in operando, uide tertio Temperamentorum, non procul a princ,

Medicamenta proprie dicuntur, quæ nulla substantiæ suæ mutata parte, sed tota serua ta integra corpus ipsum afficiunt, cæterū grauiā & naturæ animalis corrumpentia, unde & totum eorum genus deleterion et pestilens est. 3. Temperament.

Medicus oculis perlustrat singula pericula, contrectat etiam nulla cum uoluptate, & ex alieno malo proprias sibi demetit molestias. Hippoc. lib. de Flatibus.

Medo, onis, mulsa, uel aqua & mel, Græcorum *ὄδ'ρομέλι*.

Medusa, Lonchitis, apud Dioscoridem lib. 3. capite. 132.

Medulla, contenta est in ossium concauitate, pinguis, sine sensu

Medulla, Lege, Matrix.

## M E G

*μεγαλειον*, id est, Megalinum unguentum, apud Dioscor. lib. 1. propter gloriam sic appellatum ferūt, quod excusserit Telinum ante se cantatissimum. Sunt qui ab inuente sic nominēt, Megalio scilicet Siculo, uel ut alijs placet, Atheniensi. In qua sententia & Aristophanes, & Pherenatrs, & Stratis comici Poetæ. Nec Plin. lib. 13. aliud reliquit, quam quod propter gloriā sic sit appellatum.

## M E L

Mel, græce *μέλι*, notus & gratissimus ex apibus liquor. Principem locum obtinet, quod Atticæ est regionis, præcipue ex Hymeto: quod Poetæ quoque, ut Vergilius in Georgicis, cum primis probant. Mox Cycladibus insulis, & e Sicilia cognomine Simblion. De Melle plura Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 11. cap. 14. Aristoteles libro. 5. de Animantibus, cap. 22.

Mel mixtum aqua, Mulsa, uel Melicratū.

Mel Atticū. Antiqui Mel Hybleum, quod est Siculum, & Hymetium, quod est, Atticum, præconio bonitatis extollunt. Galenus in medicamentis maxime probat Mel Atticum, tanquam preciosissimum. Columella libro duodecimo, capite tricesimo octauo.

Mel frugum. Sic Diocles uocat quondam Panicum legumen.

Mel harundinaceū, id est, Saccharū, quod ex harundinibus extrahitur.

Mel Heracleoticum, siue Ponticum, quod ex herba Aegolathro colligi fertur; qui-

busdam anni temporibus, ut inquit Diosc. propria quorundam florum dote conflatur: quod qui edere, mente abalienantur, ac sudore diffiliunt. lib. 2.

Mel Hircanum, ex ipsis quoque fluit arboribus sine cura mortalium, examinibus inibi sepe cogentibus, atque mellificantibus, ut inquit Strabo. Est ubi e petris exstillat, ut inquit Diodorus.

Mel Manicon, uel Mel Menomenon, eiusdem fere generis cū Melle Heracleotico, uel Pontico. Sic dictum ab infania, quod a rhododendri flore contrahitur.

Mel Sardoum immodica amaritudine infame, & quia uirus quoque habeat. Sic enim de illo produnt scriptores. Quod si ita est, quomodo cum illo conuenit, quod de eadem insula perhibent Sardinia, nullum penitus in ea animal nasci, quod perniciosum homini sit.

Mellis inuentionem Plinius & Diodorus Aristeo Atheniensi, uel Archodix regi, ut Trogus, adsignant.

Mellicratum, aqua mellis.

Mellifauia, ea quæ græce *μελικηρίδες*, de quibus uide Paulum lib. 6. cap. 36.

Mellis priuata quædam species. Lege, *ελαβομέλι*.

*μύλη*, instrumentum medicū, quo immisso per fauces, interdum hulus exploramus.

*μύλα*. Vide, Antiades.

Melabathrum, Parthenium, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 156.

*μελαγχολία*, ἀπὸ τῆς μελαγχολίας, infanio.

Vocatur alio nomine, Cholera nigra. Est autem *μελαγχολία* affectio, quæ menti nocet, fitque sine febre, cū profunda animi tristitia, & ab charissimis sibi auersione. Causa est in nigra bili, frigido & turbido humore. Ideoque strepitum omnem horret, & tristitia animo est, & timet omnia: odit homines, & solitudines quærit. Qualis ab Homero fingitur Bellerophon, qui errabat per campos, suum crucians animum, frequentiam hominum deuitans. Et quoniam ex nigra bile malum id fit, ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς, Melancholia dicta est. Et ex similitudine eius, in quotidiano nostro sermone, omnis tristitia animi proprie Melancholia appellatur, improprie licet. Vaticinantur quidam etiam aliquando futura: unde & quidam Græcorum uocauerunt,

ἐνθιασικῶν, καὶ ἐνθιαζόντες. Vide, Atrabilis.  
 Melancholia Mirachialis, ea quam Græci  
 uocant, & qui latinius locuti sunt, Hypo-  
 chondriacam. Egrot de ea Galenus libro. 3.  
 de locis affectis.  
 Melancholia Hypochondriaca, ea quam  
 Arabes Mirachiam, uel Mirachialē uocāt  
 melancholiam.  
 Melandrya uocatur piscis, cæsis quernis af-  
 sulis similimus. Plini. lib. 9. cap. 15.  
 Melamphyllos, Acantha. Dioscor. libro. 3.  
 capite. 18.  
 Melampodion, Veratrum nigrū apud Di-  
 oscor. lib. 4. cap. 152.  
 Melampelos, Helxine apud Dioscoridem  
 libro. 4. capite. 42.  
 Melampycnos, herba ea quæ & Myaros,  
 & Myagros.  
 Melampyros, herba Myagros, apud Dios-  
 cor. libro. 4. capite. 118.  
 Melanteria, ex nomine quidē ipso atramen-  
 tum significat. Vulgo atramentum metal-  
 licum. uide Dioscor. lib. 5. cap. 109.  
 Melamirum, piscis, a nigra cauda nomen  
 trahens.  
 Melamorrhizon, Veratrū nigrum, apud  
 Dioscoridem libro. 4. cap. 152.  
 μελαγχρόν, colorem illum ictericum uocāt,  
 qui est ex infusione fellis nigri, extēsi in to-  
 to corpore, cum colore totius corporis pal-  
 lido & subliuido.  
 Melancoryphus, auis, super. 20. oua, parit  
 numero impari.  
 Melanion, nigra uiola.  
 Melantheon, id est, Anthemis, uel Cha-  
 memilon. Barb. in Coroll. super oleo Me-  
 lanthino libro. 1. Cæterum Melanthion  
 aliud est, nempe Git, uel Nigella, si uerbū  
 reddas uerbo.  
 μελάνθινον ἔλαιον, oleū de Melano, id est,  
 ex Nigella herba.  
 Melanthium, id est, Git, apud Dioscoridē  
 libro. 3. cap. 92.  
 Melanthus filias Præti regis Argiuorū, ab  
 insaniam fabulatur curasse. Quanc̄ hūc non  
 Melanthum, sed Melampodem nominat  
 Galenus in commentario de atrabile. Fa-  
 bula est apud Vergilium Ecloga. 6.  
 Melandrys, genus Thynni grādissimum.  
 Meles miræ astutiæ animal, quod distentū  
 corporis, omnes morsus & canum & ho-  
 minum arceat, Plinius libro. 8. capite trice-

simo octauo. mustellarū generis Aeliano.  
 Melia terra. Vide Dioscor. lib. 5. cap. 171.  
 Meliboïdes lapis est apud Dioscoridem li-  
 bro quinto, capite. 89.  
 Melicē gallinē, quod in Media id genus au-  
 um corpore amplissimo fiat, l, litera pro d,  
 substituto.  
 Melicum, M. Varro. Ad hanc rem electis  
 maximis gallinis, nec cōtinuo his quas me-  
 licas appellant falso, quod antiqui, ut the-  
 tin thelin dicebant, sic medicam melicam  
 uocant: hæ primo dicebātur, quia ex Me-  
 dia propter magnitudinē erāt illatę, quęq̄  
 ex his generatę postea propter similitudi-  
 nem. Columel. lib. 8. cap. 2.  
 μελικήρια, hulceris genus, quod a faui simi-  
 litudine nominatur: habetq̄ species ali-  
 quot, de quibus Celsus plura lib. 5. cap. 28.  
 Plin. lib. 8. cap. 38. Animal auibus inimicū.  
 Varronis interpretes contendit esse Fou-  
 num, aut Maturellum.  
 μελικηρίς, idem quod fauus, nisi quod in to-  
 to corpore fieri potest, & sua tunica claudi-  
 tur, atq̄ inuoluta est, tenuior quam est hu-  
 mor expressus.  
 μελικηρίς, capitis hulcus & tuberculum  
 Celsus esse ait lib. 6. cap. 7.  
 μελίχα, colorē citrinū, uel mellis habentia.  
 Melicratum, mulsa aqua, apud Dioscoridē  
 libro quinto.  
 Meliceria. Lege, Sanguis.  
 Melilotos, Sertula Campanica, apud Dio-  
 scoridem lib. 3. cap. 46.  
 Melilotus, arbor apud Strabonem libr. 17.  
 Item apud Mauritanos arbor est nomine  
 Melilitos, ex qua uinum conficiunt.  
 Melimela dicuntur a sapore melleo, gręce  
 μελίμηλα. Eadem et a celeritate mitescen-  
 di Mustea, ut inquit Varro. Mustea sane  
 uocabant ueteres, quæ nos Præcocia. Vn-  
 de Cotonea quoq̄ certo in genere Mustea  
 dicta. Item pirum quod recēs est, mustum  
 et musteum dici solet. Athenis Melimela  
 nominabantur, malo in syluestrem pirum  
 Cydoniumue insito, ut scribit Diophanes.  
 Melimela, per simplex, l, ubiq̄ sunt poma  
 mustea, a μελι, id est, mel, et μηλον, malum  
 lum, quod mellis saporem habeat. Vide  
 Mustea.  
 Melimelis, nomen est liquoris, composito  
 uocabulo ex malis, hoc est, Cydonijs &  
 melle, Colum. lib. 12. cap. 45.

Meline, & Melinos, id est, Panicum. Lege, Panicum.

Melinon, idem quod Melissophyllon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 117.

μήλωνον έλαιον, oleum melinū, ex cotoneis malis unguenti confectio.

Melinus color, in floribus luteum significat. Id ex Dioscoride ac Plinio euidentissimum est.

Melion aqueum, Satyrium Erithronion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 145.

Meliphyllon, Melissophyllon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 117.

Melphyllon, id est, Millefolium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 116.

μελιπικίος, placenta ex melle concreta & fermentata.

μέλισσαι, apes.

Melissophyllon, ab melle sic appellata herba, & quia ea plurimum apes delectatur. Egit de ea Dioscorides libro tertio, capite 117. Plinius libro undecimo, capite uigesimo. libro. 20. cap. 11.

Melissones. Græci μέλισσας uocant apes. Vnde Melissones dicuntur apiaria, quæ Mellaria quoque nominant, loca uidelicet, in quibus siti sint aluei apum. Loca quibus pascuntur anseres, græca uoce nuncupant Chenotrophia. Nam χην dicitur anser. Leporaria, dicuntur loca, quibus uidelicet lepores inclusi pascuntur. Quanquam M. Varro Leporaria intelligi uelit omnia septa edificia uillæ, quæ habet inclusa omnis generis animalia quæ pascuntur. In Leporario, inquit, apri fuerunt multi. Scipio, qui purissime locutus est, Boboraria appellat uiuaria ferarum, a roboreis tabulis quibus sepiri solent. Columella libro octauo, capite primo.

Melissi Medici meminit Hippocrates lib. de natura humana, & item Cælius Aurel.

Melitei canes, ex Melite insula, admodum parui, in delicijs domi educantur.

Melithæna, Melissophyllon, uel Apiarium apud Dioscor. lib. 3. cap. 117.

Melithæum, Apiastrum, apud Dioscoridē lib. 3. cap. 117.

Melitites, per omnia Galactitæ similis lapis: sic dictus, quia succum tonsus, melleū emittit. Dioscor. lib. 5. cap. 142.

μελιτώδους σοςάσεως, mellis crassitudo.

μελίτωμα, confectio ex melle, uel res mellī-

ta. Sic Homerus nominat. Nos barbare, Conferua.

μελιθήναι, apiaria, ubi apes nutriuntur.

Melitites, e dulci genere est uinum, ut Plinius existimat lib. 14. cap. 9. Dioscor. lib. 5.

μελιζόντα, luteola.

Mellificijs, melli conficiendo, opericq; mellifico. Columella lib. 9. cap. 13.

Melligeta, Cardamomi generis. Vide Barbar. Coroll. Cardamomum.

Melligo. Vide, αερομέλι.

Mellitismus, linctura ex melle: uel id quod græce Eclegma.

Mellum quid sit in Plinio, nō satis constat, nisi forte Mel, non Mellum legendū est.

Melocarpos, Aristolochia longa. Dioscor. lib. 3. cap. 5.

μελόμελι, quod & Cydonomeli nominant, describitur ab Dioscoride libro quinto, capite uigesimo secundo.

Melon, malum uicium oculi, ac proptoseos species quarta, græce μήλον.

Melopepones, in Campania primū reperi, effigie mali Cotonei, a quo & nomen fortuito natum ibi: mox ex eo semine genus factum. Non pendent hi, sed rotundantur humi, figura & odore præstantissimi, ubi maturauere.

μηλώσαι, instrumento, quod μέλη uocant, tentare & connectare incerta.

Melosmos, Polium montanum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 122.

Melothron, Vitis alba, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 194.

μηλωτίς, auricularium specillum.

## M E M

μεμάκυλον. Lege, Vnedonem.

Memnonides aues. Plinius lib. 10. cap. 26.

Memoria, est retentio, & quasi possessio, atq; conseruatio eorum, quæ anima nostra percipit. Aut, Memoria est comprehensio eorum quæ præterierunt, quorum adhuc aliquid præsens sensu detinetur. Galenus de Definit.

Memoriam amisit Messala, ictu lapidis. Solinus cap. 7.

Memoria ualuerunt L. Scipio, Cyneas, Cyrus, Mythrīdates, ex Ponto Methrodorus. Solinus. 7.

Memoria facile intercipitur. Ibidem.

Memoria aliquando fit ex arte. Ibidem.

Memoriam metus perimit. Ibidem.

## M E

Memphitis, lapis iuxta Memphim in Aegypto inuenitur, calculorū magnitudine uerficolor. Dioscor. lib. 5. cap. 149.

Memilæ. Lege, Menas.

## M E N

Mena, piscis marinus. Plinius lib. 9. cap. 26.

Menalurnæ. Lege, Saxatiles.

Menas Chirurgus, citatur ab Aecio lib. 10. capite quinto.

Mendenum. Lege, *μενδ'ησιου*.

*μενδ'ησιου*, unguentum sic dictū a loco, ubi Mendes, id est, caper colitur, ut placet Barbaro. Colunt enim in quadā Aegypti parte Mendesion, id est, caprum, Aegyptij. Veteribus inter laudatissima fuit, & post Deliacum, in Aegypto prælatum. Celebratur & Mendesium uinū ex Aegypto: item & Mendenum ex Thracia, contra renum uitia Hippocrati.

Mendesium uinum. Lege, *μενδ'ησιου*.

Menecrates Syracusanus natione. Nullam dicitur accipere mercedem solitus medendo. Curabat autem in primis sacrum morbum: tantum hac mercede contentus, ut liberati, se eius seruos faterentur. Se uero Iouem appellabat. Scripsit libros naturalium quæstionum, ut indicat Theophrastus libro. 1. Plant. cap. 26. Alter quoque Menecrates comicus fuit. Suidas autor.

Menianthes, Trifolium, apud Dioscoridē lib. 3. cap. 122.

*μαιιδ'ες*. Lege, Menas.

Menion, Pæonia, apud Dioscoridem libro 3. cap. 158.

*μαιις*, piscis genus.

Menodotus, nō contemnendus Medicus, ætate Serapionis. Galen. in Method.

Menocrates Zeophlatensis Medicus, citatur ab Aureliano.

Mensa, ossis scapulæ lata pars.

Menses, Menstrua, idem.

Menstrua cōtingunt mulieri, ut sanitatem tueatur. Galenus in Definit.

Menstrui nocumenta, uide apud Solinum capite nono.

Mensura humanorum corporum apud Solinum capite. 5.

Mentha, id quod Dioscorides uocat Hedyosmon fatiuum: de quo uide lib. 3. cap. 39.

Theoph. lib. 7. cap. 7. Plinium lib. 19. ca. 8. & lib. 20. cap. 14. Et de Plantarum caussis

Theophr. lib. 2. cap. 5. Solo nomine a Græ

## M E

cis commendatur: nec quisquam est, qui eo audito, suauitatem odoris, in nouissima omnibus herba, non amet.

Mentagra, a quibusdam asseritur, morbus esse Gallicus: sed quam recte, nō est huius loci. Attigit de hac doctissimus uir Manardus de Ferraria nō nihil in libro Epist. 7. Leonardus Fuchsius libro de errorib. Medicorū. Nonnulla Nicolaus Leonicensis. Item Plinius lib. 26. cap. primo de Lichenis agendo.

Mentham, siue uti pronūciant Græci, & scribunt *μινθαμ*, tradit Oppianus interpres, *ἀλιεντικῶν* tertio, a Mintha, quæ Nympha fuerit, appellatam uideri. Duas uero esse species: syluestrem, & quam uocant Hedyosmon. Cocyti uero filiam tradit fuisse Mintham: quæ ubi inaudisset amari a Plutone Proserpinam, indignata eo nomine, constanter illi se opponere ausa est, dicritans, si inferos peteret, inimiciter infestaturam. Quo puellæ tumore cōmotior Ceres, Persephones mater, Mintham exculcans, *εἰς τὴν κακὴν βοτάνην ταύτην*, id est, malam deformauit herbā huiusmodi.

Mentastrum, syluestris Mentha, hirsutiore folio, & prorsus amarior, quā sisymbrij, grauiore odore, Vide Dioscoridem libro tertio, capite. 39.

Mentigo. Videtur in agnis & hedis Mentigo id ferme malum esse, quod in hominib. Mentagram appellant. Vtriusque uocabuli etymon a mento est: quoniam ab ea parte fere oriebatur, sedisque huleribus mentum, os, labra, obsidebat. Columella lib. 7. capite. 5.

Menynge, sunt membranulæ quædā neruosa, & arterijs similes, totumque cerebrū continentes. Galen. in Definit.

## M E O

*μῆον*, producta priore syllaba, nō diphthongo, sed uocali longa, ex Galeno latine Meon, ab officinis Meo. Pandectę interpretantur pro radice, quam nos uocamus teutonice Meysteruurtz: quam uere, non uideo. Nihil enim conuenit figura eius herbæ, cum ea descriptione, quæ est apud Dioscor. Vide Barb. apud Dioscor. lib. 1.

## M E R

Mercurialis, Linozostis, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 201.

Mercurij genitura, Buphthalmos, apud



Dioscoridem libro tertio, capite, 157.

Merdasengi, Rinsgeel.

Mergus, genus est propagationis, ubi scilicet uitis iuxta suum adminiculum curuatur atq; perducitur ad palum uacantem: a mergēdo dictus. Instar enim arcus curuatura fit in mergo, & ex arcu euocatur materia, quę protinus applicata suo pedamēto ad fugum trahitur. Vitis celerrime pro uenit propagata mergis, qui Columellę maxime probatur, Columella libro quarto, capite, 2.

Mergi uidentur esse ferramenta idonea mendis frugibus, quę a Plinio Mergites appellantur, sic scribēte. Stipulę alibi medię falce præciduntur, atq; inter duos Mergites spica distringitur. Notū est illud Maronianum: Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi. Exponunt Grammatici, Mergites dici manipulos spicarū: quo intellectu an apud Columellam, & apud Pliniū Mergi, Mergitesq; accipi possunt, æstiment eruditi. Alias Mergus dicitur in uinea, ubi supra terrā uitis curuatur iuxta suum adminiculum: a mergēdo uidelicet nominatus. De quo Palladius hæc: Mergum dicimus, quoties uelut arcus super terram relinquitur, alia parte uitis infossa. Mergi post bienniū reciduntur in ea parte, quę supra est, & in loco iustas uites relinquant. Colum. lib. 2. cap. 21.

Mergine, Smilax, apud Dioscoridem libro 4. capite, 145.

Mergum, ἀβήναυ uocant Græci, Poetę δὲ πῆνη. Alioqui nihil aliud est, uerbū ex uerbo, Mergus. Poetę etiam Pœgas, & Bungalas uocant eas aues.

Meris, Tripolium, apud Dio. lib. 4. ca. 136. μήρ, femur.

Merula apud Arcades, circa Cillenem est candidissima. Solinus cap. 12. Vide Pliniū lib. 10. cap. 24. de Merulis.

Merulę. Lege, Saxatiles.

Merus, a Græcis dicta tota coxa, quę ad genu portendit. Vnde ex coxarum pulchritudine Callimerus.

## M E S

Mesarchon, medium intestinum.

Mesaricę uenę uocantur, quas Barb. alias uocat Messeraicas.

μεσέντερον, uel Mesenterion, dicitur, quo lactes inuoluuntur, ne contactu spinę læ-

dantur, Pollux autē sic, Mesenterion pellicula est ex uenarum, neruorumq; cōplexu, renibus ac uentri proxima, alimentū in hepar emittens. Macrobius Mesenterion pro intestino accipit, ita distribuens. Intestina principalia tria. Vnum Dissipiū uocatur, quod uentrem ac cetera intestina secernit. Alterum Medium, quod Græci μεσέντερον dicūt. Tertium, quod ueteres Hiram uocauerunt. Quanquam uidetur Hermolaus Barbarus refragari. Sic dictū uero est, quod in medio est intestinorum collocatū; Latine uero & propius, Medianum recte dixeris.

Mesomerium, quod coxas interiacet.

μεσόμφαλον, umbilici medium.

μεσόφρουρον, medium superciliarum, secundum Pollucem.

μεσόσκελον, medius inter crura locus, quę uocantur σκέλη.

Mespilus, spinosa arbor est, folio acutę spinę, ut inquit Dioscorides: fertq; pomum suaue, exiguum, tribus intus ossiculis. Faciunt eius aliquot genera Plinius & Theophrastus. Inter quę est & Setanum, quod in Italia nascitur. Arbor folijs mali, sed minoribus: pomū fert rotundum, esui aptū, ima parte latius. Cetera de Mespilis lege apud Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 15. cap. 20. lib. 23. cap. 7. Theophrast. libro tertio, capite duodecimo.

Io. Mesue uixit anno, ut supputat Volateranus. 160. Euangelistam hunc suum & principem faciunt, qui barbaricę medicinę se manciparunt.

μέση ὕλη, media materia. Sic succi facilioris cibum, id est, medię materię, uocat Cælius Aurelianus lib. 1.

Mesocranion, uertex capitis.

## M E T

Meta, dicitur congeries, uel strues in acutū tendens, quę gręce πυραμῖς dicitur.

μετακάρπιον, expansa est ante digitos pars.

Metaphrenum, uocant partem ab collo ad cinctum protensam, aut uerius, quod a tergo præcordijs obiectum est.

Metasyncriticum, sinigma, quod ex profundo humores euocat, ac transfert.

Metenchytas, Galen. uocat in. 5. Method. instrumenta, per quę in uterum inijcimus medicamina, ad sanguinem sistendum, uel uterinos Clysteres.

M E

Metopium, idem quod Galbanū, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 96.

μετώπιον, ab aliquibus uocatur oleum amygdalinum. Vocatur & μετώπιον patrio nomine Aegyptiacum quoddam unguentum, propter Galbanī mixtionem. Nam lignum in quo Galbanum nascitur, Metopion quoque uocatur. Describit hoc unguentum Dioscor. lib. 1. cap. 70.

Metopion, Ammoniāci arbor.

μέτωπον, frons.

Metopson, idem quod Metopium.

μετόσκοποι, ex fronte coniectores.

Metra, Lege, ἐχίνος θαλάσσιος.

μήτηρ, uulua, matrix.

Methrion, Laurus Alexandrina, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 148.

Metus extinguit memoriam. Solin. cap. 7.

Metus extorsit uocem filii Cræsi muto.

Metus, incitamentum uocis.

Metachoeron, uitiatus in utero partus suillus, apud Aristotelem.

Metallicum atramentum, Dioscoridi Melantheria, quam Latini pariter ac Græci sic uocant.

Methodici dicti sunt, a Methodo, qui rationem artis per compendia sequuntur, ut inquit Galenus libro. 3. Therapeut. Vocauerunt se hoc nomine quondā Thessalij. Galenus contra ἀμεθοδοτάτας, id est, maxime omnium ἀμεθόδους, hoc est, a uia & ratione discendi alienissimos. Meminit & Plinius lib. 29.

Metys, Lege, Propolis.

Μ Ι C

μικρόσομος, paruo ore existens. Hac parte etiam quæ carent, dicunt in ora; sicut in auribus, quæ auribus.

Microspheron, Spicæ species minima.

μικροτριφοι, paucis capillis tecti.

Mixtionem citat Nicædri interpretis in Theriacis, herbarium Medicum.

Micon Medicus, scripsit ῥιζοτομόμενα.

μικροτράχιλοι, id est, breuicolles.

M I D

Midæ, uermiculi fabas arrodentes.

M I G

μίγμα, mixtura est, quo modo myropolæ ex simplicibus coalitiones faciunt. ἀπὸ τῶ

μίγνυμι, id est, misceo

M I L

Milacostraca, quæ molli testa integuntur,

M I

ueluti marine locustæ, & gammari, & cancri. Cutem enim habent siccam, reliquam uniuersam temperiem humidam.

Milax, Volucrum, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 15.

Milesia herba, citatur ab Aecio sermone. 13. cap. 123. sed mihi plane ignota.

Miletus, Medicus.

Millefolium, Parthenium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 156.

Millefolia, Myriophyllon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 116.

Millefolium, Achillea, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 39.

Millepedæ, ὄνοι dictæ Græcis.

Millepeda. Vide, κουβαρός.

Miliarium, nomen est uasis, quo, ut ostendit Cato, utebantur in trapeto. Palladius docet altum & angustum formari solitū: qui hoc idem memorās quod Columella, sic refert: Vas æneū miliario simile, id est, altum & angustum, uespere intus cum lucerna collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accensum: illic papiliones conuenient, & circa lumen uolitant, & angustia uasculi, ab igne proximo in terram cogentur. Columella libro nono, capite decimo quarto.

Miliaris, serpens, Cenchites dictus apud Aecium serm. 13. cap. 27. Lege, Aconcia.

Militaris, Coniza, apud Dioscoridem lib. 3. capite. 135

Militaris Achillea, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 39.

Milium, inflammatio, ac parua pustulæ per summam cutem erumpentes, in modū miliij: de cuius causa lege Galenum ad Glauconem lib. 2.

Milium solis, Dioscoridi Lithospermon.

Milium, græce κένχεος, notum. Egit de eo Dioscor. lib. 2.

Milos, Smilax, siue Taxus, apud Dioscor. lib. 4. capite. 83.

μίλφωσις, ubi ex palpebris defluunt pili.

μίλτῶ τεκτονική, Rubrica fabrilis, de qua uide Dioscor. lib. 5. cap. 103.

Miluus, rapacissimus auium, cadauerumque insectator. Eorum uenationem primus demonstrauit Alphonfus rex Neopolitanus, commissa in aere magnorum accipitrum, tum falconum cum eis pugna. Multo autem plura uide de Miluis apud Aelianum.

M I

Milui, ex accipitrum genere, magnitudine differunt. Plin. lib. 10. cap. 10.  
Miluus, piscis. Plin. lib. 9. cap. 17.

M I N

Miniatula cera notare, id est, rubea cera signare.  
Minæum thus, a pago Minæo sic dictum, ubi optimum prouenit in Arabia. Plinius lib. 12. capite. 4.

Minij gleba, id est, Lemnia terra: sic enim Celsus uocat. De qua uide Dioscor. lib. 5. capite. 104.

Minium Sinopicum quid sit, uide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 102.

Minium, Ming, Bergzinober.

Minime periculosus morbus. Lege, Morborum differentias.

Minos, Mandragora, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 79.

Mintha, idem quod Mentha, apud Diosc. lib. 3. cap. 39.

Mintha, Rubus, apud Diosc. lib. 4. ca. 147.

Minthes, id est, Mentha, apud Theophr.

Minthon, flos qui in sterquilinijs nascitur, quo maiorem in modum afficiuntur hirci. Apud quosdam inuenias caprarum retributa dici Minthon.

μύνηξ, membrana cerebrum custodiens. Galenus de locis affectis lib. 1. cap. 1.

M I T

Mithridatem quis dubitet, præter amultifariam eruditionem, & tam multarum linguarum peritiam, etiam medicum fuisse? Primus enim ille Antidoti genera inuenit, ex quibus etiam nunc nomen retinet unum. Illius quoque inuentum est, quod sanguis anatum Ponticarum antidotis miscetur, quoniam ueneno uiuunt. Meminerunt huius passim & historiae, & Plinius libro 25. capite. 1.

Mithridanion, Scordium, apud Dioscor. libro. 3. capite. 123.

Mithridacium, id quod alias Mithridatum.

M I V

Miua, fit ex succis stomachum confortantibus, pisorum scilicet, uel citoniorum.

M I X

Mixtura, semper fit ex rebus iam confectis in propria forma.

M N A

Mnaseas Medicus, citatur ab Cœlio Aureliano serm. 49.

M O

M N E

μνήμη ἀπόληα, memoriae perditio: quod ipsum frequenter accidit catochicis, & lethargicis. Vide Plin. lib. 7. qui hoc malo laborauit: & Valer. Max. lib. 1. de eo, qui sui proprii nominis oblitus est.

μνησίθεος, id est, Iuniperus parua.

Mnesithium, Bupthalmus, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 157.

Mnesithæus Atheniensis, uir in omnibus, ut inquit Galenus, quæ ad artem Medicam spectant, sufficenter doctus. Scripsit librum, qua uia & ratione medendi scientiam oporteat exercere. Galenus de arte curatiua ad Glauconem lib. 1.

M O C

Mochmutim, Aegyptiorum lingua syluestris Portulaca.

M O G

Mogilali, μογίλαλοι, qui difficulter & male pronunciant.

M O L

Molas Pausanias uocat esse genu.

Molas etiam putant dictas, ubi mulier non ex uiro, sed ex semetipsa concipit: ideo non animatur Mola, sed uitam habet eam, quæ & arboribus contingit. Plinius libro decimo, capite. 64.

Molæ trusatiles, alio nomine, Manuariæ, quod manibus truantur.

Molibdītis, harena ex qua gignitur Lithargyrium. Vide Dioscor. lib. 5. cap. 93.

Molibdoīdes, lapis a plumbi similitudine dictus, apud Dioscor. lib. 5. cap. 89.

Molita, mola contusa. Media correpta pronunciat Molitum. Colum. lib. 6. cap. 9.

Molle uocatur, quod in sese non obluendo refugit. Aristot. lib. 4. Meteo.

Mollificabilia sunt, quæcumque concreta, non ex aqua constant, ut glacies (omnis enim glacies aquæ est) sed quæcumque ad terram potius spectant: & nec eorum humor uniuersus exiccatus est, perinde ut in sale: nec inequabiliter, ut in fictili sese habet. Aristot. libro. 4. Meteor.

Molluscæ nucem, sunt qui Persicam interpretati sunt falso. De quo alias.

Molochinus color. Lege, Color uarius.

Molorticulum ueneris, Satyrium Erythronium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 145.

Molossi canes ex Epiro ueniebant. Dicuntur prognari ex cane, quem Vulcanus (ut

## M O

est in fabulis ) fabricauit, & animam inspi-  
rauit, donoq; dedit Ioui: ille Europæ, illa  
Minoi, Minos Procridi, hæc & Caphalo  
uenatori.

Moluris, locusta quæ frumenta depopula-  
tur. Teut. Kornuuybel.

Moly, aliqui syluestre Leucoion appellât.  
Describitur ab Dioscoride lib. 3. capite. 52.  
Et inibi de Moly Homericô in Barb. Cõ-  
mentario, & M. Vergilij.

Moly, Eryngion, apud Dioscoridem lib. 3.  
capite. 23.

Moly. Solanum somniferum, apud Diosc.  
lib. 4. cap. 76.

Molybdena, id est, Plumbago, quam & Ga-  
lenam uocamus, communis est plumbi &  
argenti uena. Vide Dioscor. lib. 5. cap. 91.

Plin. lib. 33. & 34. & 25. capite undecimo.

Molybdenam ( ut inquit Georgius Agri-  
cola, doctus sane Medicus, & non minus  
metallicarum rerû peritus, in dialogo quẽ  
inscripsit, Bermannus de metallorû essen-  
tia ) Arabes uidentur ignorasse, uel eandẽ  
Lithargyro putasse. Nec Serapion memi-  
nit aliter: quæ ex Dioscoride uidetur mu-  
tuasse, quod confricturæ plumbi additur.

Molyza, allij ipsius coma sola cum capite.

## M O M

Momistam, uocant molarium partem, quæ  
adsidet gingiuæ. Superiorẽ uero, qua con-  
ficiuntur cibi, τραπεζειν, id est, mensam.

## M O N

Monops, in Mœonia cernitur magnitudi-  
ne tauri: qui fugiens, igneum quiddam &  
acutũ excreat, in quod uenatores inciden-  
tes, tabem contrahunt. Aelianus.

Monocampti, pedum digiti omnes, id est,  
flexus unius.

Monoceros, asperrima fera, reliquo corpo-  
re equo similis, capite ceruo, pedibus ele-  
phãto, cauda apro, mugitu graui, uno cor-  
nu nigro, media fronte cubitorum duum  
eminente. Hanc feram uiuam negant ca-  
pi. Plin. lib. 8. cap. 21.

Monoclenos, Artemisia, apud Diosc. lib.  
3. capite. 125.

Monocondyli, sic digiti appellantur non-  
nunquam.

Monogenion, Peonia, apud Dioscor. libro  
tertio, capite. 158.

μονοπαγεια, ἀπὸ τοῦ μονός, καὶ παγίω, id est,  
confirmo. Est enim cõfirmatus capitis do-

## M O

lor, idq; adeo ex cholera rubea confirma-  
ta, & sanguine commixta.

Monstra quomodo fiant. Lege, Fœtus nõ  
est pars parentis.

Monstra pedes decem habuerunt in longi-  
tudine Pufio, & Secundilla. Solin. cap. 7.

## M O R

Mora Baticana, apud Dioscoridẽ Rubus,  
lib. 4. cap. 4.

Morbus, est dispositio permanens in corpo-  
ribus, quæ uitam participant. Item,

Morbus dicitur constitutio quædam præ-  
ter naturam, a quo actio primo uitatur.  
Galenus libro primo de differentijs Sym-  
ptomatum.

Morbus quoq; intemperantia est primorũ  
elementorum, quæ secundum naturam in  
nobis sunt. Vel,

Morbus est intemperies humorũ, ex quib.  
corpora nostra constituuntur. Aliter sic,

Morbus est naturalium potentiarum impe-  
dimentum. Vel,

Morbus est mutatio corporis a dispositione  
& statu naturali, in eum qui præter naturã  
est. Vel, Morbus est intemperies prima-  
rum qualitatũ, in qua exuperat uel cali-  
dum, uel frigidum, uel humidũ, uel siccũ.

Morborum quidam sunt Continui, quidã  
Deficientes, quidam Longi, quidam Acu-  
ti, quidam uero Peracuti. Deficientes qui-  
dem sunt, ut febris quotidiana, tertiana,  
quartana, quintana, &c. Continui autẽ, ut  
semitertiana, & a Græcis dicta τυφωδὴς  
ardēs. Acuti sunt, ut phrenitis, lethargus,  
pleuritis, peripneumonia. Longi, ut mor-  
bus comitalis, articularis, nephritis. Pera-  
cuti, ut synanche, cynanche, apoplexia.

Ceterum Morborum quidam sunt acuti,  
& continui: ut febres ardentes, phrenitis,  
pleuritides. Quidam acuti, & nõ continui.  
Quidam autem neq; acuti, neq; continui:  
ut morbi longi. Galen. in Definition.

Morborũ differentias Hippocrates nouem  
esse tradidit. Quæ sunt acutus, peracutus,  
malignus, longus, medius, perniciosus, mi-  
tis, periculosus, & minime periculosus.

Peracutus morbus, est ui & phantasia ma-  
ior ac difficilior acuto, qui septimo die ut  
plurimum ad iudicationem peruenit. Ma-  
lignus, est ui quidem maximus & diffici-  
lis, imaginatione autem imbecillis, certũ  
iudicationis tempus non habens. Longus

Horum omnium modum  
Hippocrates de febribus. In me-  
dicis differentiam facit. E-  
Morbi omnes ex acris causis  
Morborum multorum causis  
Morbus acutus uocatur. ut  
one accessiones & dolores  
Morbus longus ubi lenis  
inter accessiones porrigit  
Morborum exortum  
mendantur scriptura  
Raphael Volanterranus  
tus Epistolæ lib. 7. ep.  
Morbi qui uno tempore  
sunt, græci Pestem ap-  
pellant, altera quædam ap-  
pellatur, ut est uel uel  
morbus qui tempore  
quædam grauius  
malignus. Est autem  
peracutus, ubi  
certum iudicium  
Huiusmodi

est, qui in deterius atq; melius iudicatur: mensibus, annis, uel etiam cum hominis morte finitur. Medius morbus, qui est inter longum et acutum, utriusq; sane particeps, iudicaturque die sexagesimo, & octuagesimo. Perniciosus, siue letalis, qui semper ad deterius uergit. Mitis, qui nequaquam hominem tollit. Periculosus, qui ad salutem & perniciem ex æquo tendit. Dicitur et Anceps morbus, minime .i. periculosus, qui semper salutem futuram prænunciat, quantum in eo est: id habet cum Miti comune. Magnus quidem secundum imaginationem morbus est, ut in carnosus partibus, uulnus. Morbus affectu magnus, ut nerui, aut musculi punctura, aspectu quidem parua apparet, ceterum uirtute magna. Gal. in defin. Morbi Hebdomadarij, qui intra septem dies crism suam faciunt, ab Arabibus Peracuti. Morbi Peracuti. Lege, Morbi Hebdom. Morbi Menstrui, qui infra mensem, ut, 14. die uel 20. uel 28. finiuntur. Morbi Annui, qui anno integro durant. Morbus, uel actionis, uel constitutionis uitium. Galen. de differen. morb. lib. 1. Vel Morbus, a iusto modo declinatio, uel constitutio præter naturam, uel uitiata fructio nis causa, eo. Morborum omnium modus et causa eadem. Hippocrates de flatibus. In morbis ipsis, locus ipse differentiam facit. Eodem. Morbi omnes ex aere causantur. Morborum multorum causas, lege ibidem. Morbus acutus uocatur, ubi sine intermissione accessiones & dolores urgent. Morbus longus, ubi lenti dolores, & spacia inter accessiones porriguntur. Morborum exteriorum & interiorum nomenclaturam scripserunt Galen. lib. diffinit. Raphael Volaterranus, et Ioannes Manardus Epistolar. lib. 7. epistol. 2. Morbi qui uno tempore fiunt, si perniciosi fuerint, greci Pestem appellant: si uero mitiores, altera quadam appellatione ἐπιδημίου, uel ἐπιδημιῶσ uocant. ἐπιδημιῶσ est morbus, qui tempore anni aliquo, aut in regione aliqua grassatur. Pestis uero, epidemia perniciosa. Est autem & aliud morbi genus commune multis, quod in regione superuenit, Endemumq; uel Endemium nunciatum, quasi patrium dixeris, aut uernaculum. His aut omnibus aduersantur σποράδες, id

est, qui sparsim, priuatimq; comprehendunt ægros, discerpenter fatigantes, neq; secundum communem modum constantes. Galen. comment. in Hippocratem libro primo, de ratione uictus in acutis. Morbi uulgares sunt, qui secundum quaedam tempora, eodem in loco, plurimos mortalium inuadunt. Morbus farciminosus, equorum uocatur, si quando in lateribus & coxis, & in uerendis quoq; partibus, & præcipue in iuncturis membrorum, uel in toto corpore collectiones inflantur: rursumq; his ueluti sedatis, alia renascuntur: cibum, potumq; recipiunt, macrescunt tamen: quia digestio eis plena non prouenit. Morbus inflatiuus & præcordialis, non ad modum absimilis passioni melancholicæ, de quo uide Aecium sermone .9. cap. 18. atq; inibi eius curationem. Morbus τροπικός, id est, conuersiuus, qui ex acuto in χρονικόν conuertitur. Morbi Acuti emergunt quidem in nobis aut ratione subtilitatis humorum, ut cholericæ febris. Vel caliditatis gratia, ueluti pluribus in sanguineis. Aut ob humorum copiam, ut in conuulsione. Aut ratione loci, ut in angina. Propter maliciam, ut in pestilentia. In contrarijs morbi obtusi nascuntur. Morbi obtusi. Lege, Morbi acuti. Morbus imaterialis uocatur, ubi calor, uel frigus tantum increuit, non quidem humoris causa, ut in diaria febre, quæ & Ephemera appellatur. Morbus materialis, id est, qui ex humoribus resultat. Morbi in numero uocantur, scilicet monstruosi, ut sextus digitus, lapis in uesica, struma, gibbus, & id genus reliqua. Morbi Diarij, qui intra diei spacium desinunt, ut angina, & neruorum resolutiones: uulgo Perperacuti. Morbi Perperacuti. Lege, Morbi diarij. Morbosæ dispositiones corporum, ex contrarijs temperaturæ partibus, prodeunt, quæ admodum optime temperantiæ constituntur ex symmetria instrumentariorum partium, & bona temperie similarium. Morbi arborum quibus appellantur nominibus, require ex Theophrasto de historia plantarum, libro. 4. cap. 16. 17. Morbus attonitus, sideratio, apoplexia, he-

mplexia, idem, uide Paulum libro tertio, capite .118.

Morbi breues, qui cito uel tollunt hominē, uel ipsi cito finiuntur. Longi uero morbi, sub quibus neq; sanitas in propinquo, nec exitium est.

Morbi hereditarij uulgo uocantur, podagra, lepra, comicialis, calculus, &c. Nam illi interdum ex spermate parentum, aut menstruis contrahuntur.

Morbi hereditarij ut plurimum sunt inmedicabiles.

Morbus lateralis, pleuritis.

Morbofus, Lege, Morbi.

Morbi, & Vitij differentia ex Aul. Gellio, lib. 4. cap. 2. In edicto aedilium Curulium, qua parte de m̄cipijs uendundis cautum est, scriptum sic fuit. Titulus seruorū singulorum ut scriptus sit, curato: ita, ut intelligi recte possit, quid morbi, uitijq; cuiq; sit: quis fugitiuus, errore sit, noxae solutus non sit. Præterea quæsierunt Iureconsulti ueteres, quid m̄cipium morbofum, quid ue uitiosum recte diceretur: quantumq; morbus a uitio differret. Cecilius Sabinus in libro quem de edicto aedilium Curulium composuit, Labeonem refert, quid esset morbus hisce uerbis definisse. Morbus est habitus cuiusq; corporis contra naturam, qui usum eius facit deteriorē. Sed morbū alias in toto corpore accidere dicit: alias in parte corporis. Totius corporis morbū esse, ueluti, φίσια, aut febris. Partis autem ueluti cæcitas, aut pedis debilitas. Balbus autem inquit, A typus, uitiosi magis quam morbofi sunt: & equus mordax, aut calcitro, uitiosus, nō morbofus est. Sed cui morbus est, is etiam uitiosus. Neq; id tamen cōtra sit. Potest enim qui uitiosus est, nō morbofus esse. Quamobrē cū de homine morbofo ageretur, nequaquam inquit, ita diceretur. Quanto ob id uitium minoris erit. De eunucho quidem quæsitum est, an contra edictum aedilium uideretur uenundatus, si ignorasset emptor eum Eunuchum esse? Labeonē respondisse aiūt, redhiberi posse quasi morbofum. Sues autē foeminas si steriles essent, & uenūissent, ex edicto aedilium, posse agi, Labeonē scripsisse. De sterili autē muliere, si natia sterilitate sit, Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nā cum redhiberi eam Labeo quasi minus sa-

nam putasset, non oportere aiunt. Trebatium ex edicto apposuisse, si ea mulier a principio genitali in sterilitate esset: at si ualetudo eius offendisset, exq; ea uitium factum esset, ut concipere fœtus non posset, tum sanam non uideri, & esse in causa redhibitionis. De myope, qui lusciosus latine appellatur, & ωεγιωδης, quoq; dissensum est. Alij enim redhiberi omnino debere, alij contra: nisi id uitium morbo cōtractū esset. Eum uero cui dens deesset, Setuius redhiberi posse respondit. Labeo, in causa esse redhibendi negauit. Nam & magna inquit, pars dente aliquo carent: neque eo magis plæricq; homines morbofi sunt. Et absurdum admodum est, dicere non sanos nasci homines, quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur. Non prætereundum est, id quoq; in libris ueterum Iurisperitorum scriptum esse. Morbum, & uitium distare: q; uitium perpetuum, morbus cum accessu, discessuq; sit. Sed hoc si ita est, neq; cæcus, neq; eunuchus morbofus est, cōtra Labeonis (quam supra dixi) sententiam. Verba Massurij Sabini apposui ex libro Iuris ciuilibis secundo. Furiosus, mutusq; est, aut obest quo ipse minus aptus sit, morbofi sunt. Qui nō longe uidet, tam sanus est, quam qui tardius currit. Hucusq; Aul. Gellius.

Morbi porcorum, struma, & angina.

Morbi taurorum, podagra, & struma.

Morbus Hispanicus, idem ille qui & Gallicus morbus.

Morbus Gallicus, est soluta continuitas, ab exultis humoribus per contagium præfertim in concubitu genita, a malignis quibusdam pustulis incipiens, pudenda primū, deinde reliquas corporis extrinsecus partes, caputq; præcipue inficiens: dehinc intimas partes ingrediens, dolores circa ossa noctu facit, atq; abscessus duros in ulcera adeo pessima, ut ossa plærumque uident, post longum tempus desinentes.

Morborum quatuor sunt tempora, Principium, Incrementum, Status, & Declinatio.

Morion, Solanum somniferum apud Dioscoridem libro quarto, capite .76.

Moria, olea publica: Elea, priuata, ut quidam existimant.

Morochthos, lapis. Dioscorides lib. quin-  
to, cap. 143. Galeno Moroxus.

Morosyces, id est, Sycomorus, sic em Cel-  
sus interdum appellat. Alias, *συκάμινος*.

Morosycon, Vide, Sycamini lachryma.

Morosis, id est fatuitas, græce, *μώρωσις*, ui-  
de, Veternosi.

Mortarium, lapis Thyites apud Plin. quo-  
niam Thya, mortarium significat.

Mortuorum uita, uel cadaverum uita. sic  
enim Græci *νεκροῦ ζῶν*, Cedriam, id est,  
picem Cedri uocat Dioscorides libro pri-  
mo, dictione, Cedrus.

Morum arborem notam, describit Diosc.  
lib. 1. Plin. lib. 15. cap. 24. Theophrastus  
libro quarto, cap. 2.

Morus Pyramea, arbor sub qua occubue-  
rūt Pyramus et Thysbe. Fabula est apud  
Ouidium lib. 4. Metamor.

## M &amp; S

Moschata, Moschomyra, Moschelea, un-  
guentorum nomina, & compositorum a-  
pud Paulum & Aecium.

*μοσχία*. Lege, Moschus.

*μοσχέυματα*. Ibidem.

*μοσχίδια*. Ibidem.

Moschum ueteres ignorasse, posteriores in  
usu habent. Nascitur in folliculis quorun-  
dam animalium: inuenisseq; id nomen ui-  
detur, quod Græci *μόσχον*, *μοσχίδια*, &  
*μοσχέυματα*, dicunt nouos, tenerioresq; in  
plantis stolones: quorū similitudine in ani-  
malibus quæ moschon ferunt, noui, odora-  
mento illo pleni nascuntur folliculi.

Moschus, uitiose uero Muscus: q; muscus  
magis uillos arborū significat, preciosissi-  
mum odoramenti genus, quod hodie offi-  
cinæ habent, ac uendunt, quo seculo im-  
ponunt, omnibus unguentis miscentes, ut  
questus redeat uberius. Veteribus certe i-  
gnotum: quod uel ex hoc conijcimus: qm̄  
nuscq; illius meminerunt. Arabum potius  
inuentum, ut pleraq; alia. Quid tandem re-  
uera sit, et unde colligatur, inter paucos cō-  
uenit: nec illi syncerum aliquid de eo pro-  
ferūt, qui pluris in officinis diuendunt. Sūt  
enim qui Gazellam esse animal uelint dor-  
cadis uel capreae generis, ex cuius umbili-  
co colligatur. Alij peregrinum nescio quē  
murem consignant. Quicquid autē sit, cer-  
te nomen ipsum inuenisse inde uidetur, q;  
Græci *μόσχον*, *μοσχίδια*, καὶ *μοσχέυμα*

τα dicūt ( ut existimat Vergilius ) nouos,  
tenerosq; in plātis stolones, quorum simi-  
litudine in animalibus, quæ moschon fe-  
runt, noui, odoraumento illo pleni, nascun-  
tur folliculi. Potuit & ea nominis ratio ef-  
se: quod animalia illa media inter capream  
& uitulam, natura & magnitudine, fuluo  
uitularum colore uidentur, quas Græci  
*μόσχον* etiam, & *μοσχάριον* appellat. In-  
uenimus præterea ab eisdem Græcis *μόσ-*  
*χία* appellari uascula potius quā siliquas,  
ceparum semen in summo caulis seruātia,  
& maturantia, quorum figura non longe  
abest Moschi folliculus ille.

Moschos, id est, uitulamē arboris, idē quod  
moscheuma. Sunt qui uitis pampinos &  
capreolos, & clauiculas appellat eo no-  
mine, præsertim Græci.

*μοσιλικός βλάσος*, id est, Cassia: sic dicta a  
promōtorio & emporio Aethiopiæ Mo-  
silo, unde afferebatur olim.

Mosyllicus portus, promontoriū unde Cin-  
namomum aduehitur, Plinius lib. sexto,  
capite .39.

## M O T

Motus est alicuius in aliquo aut acquisitio,  
aut deperditio.

Motus acquisitiuus uocatur, quo aliquid ac-  
quiritur.

Motus deperditiuus, quo aliquid deper-  
ditur.

Motus indifferens, qui proprie neq; con-  
uenit, neq; disconuenit.

Motus naturalis, qui ei rei conuenit cui  
inest.

Motus transitiuus uniuersorum cum uolū-  
tate, quando uidelicet imperat princeps  
animæ pars, & spiritus qui in neruis est,  
suffragatur, inseruit, extendit, & trans-  
fert membra.

Motus uiolentus, qui contra naturam est  
eius cui inest.

Mottale, species Cassiæ. Lege, Cassia.

## M V C

Muceat, mucorem contrahat.

Mucidas & cæfas, quodam quasi mucore  
obductas, corrosasq;. Mucor peculiare ui-  
tium est uini. Lex uendendo uino est, ut  
neq; muceat, neq; aceat. Proprium est ( ut  
Plinij uerbis utar ) inter reliquos liquores  
uino mucescere, aut in acetū uertī. Satyri-  
us poeta dixit, Mucida frustra faring. intel-  
t ij

## M V

ligi uolens panem cibarium prædurum, & mucore, situq; inamabili obductum. Plinius ait, gracilefcere uitem, ac emucidam exire totam in foetum, nisi recidatur. Columella libro de Arborib. capite. 6.

## M V R

Mucorem sæpe intelligit Hippocrates humorẽ in articulis pituitosum, a quo articulationis ligamẽta laxiora redduntur. Galenus libro. 6. Aphor. 59.

Mucus, humor ex naribus profluens, est excrementũ, & sedimentum cerebri: ut principem animæ partem tenuiorem reddat. Galenus in definit.

## M V G

Mugiles pisces, sunt tam præcipuæ uelocitatis, ut transuersa nauigia interim supernatent, Plinius lib. 9. cap. 17.

Mugil, Lege, Onistos.

## M V L

Muliebris defluxus, est delatio humorum per uulvam, longum post tẽpus ab excretionẽ contingens. Fluxus albus est, quando alba excrementa & sedimenta, & in facie tumores sunt, genæq; intumescunt, non nullis etiam ueter & crura. Fluxus ruffus, quando subruffa est excretio, & dolores in lumbis & in inguinibus fiunt. Fluxus ruber, est ex coactu sanguinis, cum talis emittitur, qualis est sanguis Hierij, id est, a uis Galgulæ nuper interfectæ. Obsidet ardor, stridor, ac dolor ipsa pudenda & imũ uentrem. Fluxus niger est, quando excrementa sunt nigra, & difficultas respirandi, & dolores corporis pudendas partes infestant, et attenuatur, debilitaturq; pulsus. Galenus in definit.

Mulier an semen emittat. Lege, Semen ex cernitur a cerebro.

Mulier solum animal menstruosum. Solinus capite quarto.

Mulierĩ menstruum monstrificum. Idem capite septimo.

Mulieres quare steriles, uel foecundæ, apud Solinum capite. 4.

Mulierũ Scytharũ mirãda apud Soli. ca. 15.

Mullis piscibus olim maxima gratia, sicut magnitudo modica, binasque libras ponderis raro admodum exuperant, nec in uiuarijs pisciniseq; crescunt: & cum barbati sint, putant quidam eos esse, quos uulgius Barbonos dicunt.

## M V

Mulsum, uinum cum melle mixtum.

Mulsum quomodo fit, lege apud Dioscoridem lib. quinto, cap. 8. & 9.

Muluiana, struthis cotoneis insita, quæ sola ex his uel cruda uescendo sunt.

Mulum Græci τριγλω, uel τριγλω πονυονότιδα, hoc est, barbatur uocant. Dicitur ita, quoniam ter in anno pariat. Defertur ex Ionía. Est ab hoc diuersus qui trigulas uocatur, itẽ qui myllos. Vergilius interpretatur Mullum. Cætera Plinius libro. 32. csp. 2. Dioscor. lib. 21.

Mulus, ex asino & equa gignitur. Plinius libro octauo, cap. 44.

Mulsa, mixtura aquæ & mellis.

Multipeda. Lege, Onos.

## M V N

Mundus, est compages e coelo, terræq; coaugmentata, atq; ex his naturis quæ inter ea continentur.

## M V R

Muralis herba, uel Muralium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 42.

Murena, piscis, Plin. lib. 9. cap. 16.

Mures marini, piscium genus. Plinius lib. nono, capite. 19.

Murem Græci μῦρ appellant. Cretenses σμίνθιορ: siue σμίνθεια: unde Apollinis cognomen, ut placet Phocioni.

Mures domestici, mures sunt uulgares.

Mures Aegyptij, resident in clunem, & in binis pedibus gradiuntur, prioribus manuum uice utentes.

Mures Alpini, uulgo Marmotæ, magnis oculis atq; prominẽtib; alterni ut inquit, mas, & femina.

Mures Pontici albi sunt, sed uarij, & hyme conduntur. Volateranus existimat eos quos uulgo Armellinos uocamus.

Mus araneus, Græce μυγάλη, muris magnitudine, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, ordine dentium quadruplici. Habetur in Britannia. Aelianus.

Mus muscus qui sit apud diuum Hieronymum in Epistolis, necdum firmi quippiã habere potui.

Murinus. A mure color Murinus dici uideatur. Alij sunt qui a muria deduci argumentantur. Eum uero Palladius Mutes uocauit, atque inter colores equinos maxime probari: quẽ item uulgo Morellũ uocitant. Vide Columell. libro. 2. cap. 36.



**Muriam** duram sic faciunt. Dolium oris patentissimi aqua cœlesti replent, siue fontana, tum indunt sportā plenā sale candido: qui quamdiu liquefcet, signū erit nondum esse muriam maturam: itaq; subinde alius sal tamdiu ingeretur, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur: quod cum animaduertentis, tunc scias Muriam habere maturitatem suam. Est aliud muria mature experimentum. Nam ubi dulcem caesum dimiseris in eam, si pessum ibit, scias esse adhuc crudam: si innatabit, maturam. In alio significato Muria, nomē est exquisiti liquoris, qui ex Thynno fit præstantissimus. Antipolis muria laudatur. Hinc illud Epigrammatistæ. Antipolitani fateor sum filia Thynni. Muriatica, Plautino uocabulo dicitur falsamēta. Col. lib. 6. ca. 29. Muria, id est, falsugo, effectus salis. Vide Dioscoridem lib. 5. cap. 119.

Muria, sal cum aqua. Lege, Garum.

Muriceus color. Lege, Color uarius.

Murinus color. Ibidem.

Muries. Lege, Garum.

Murmillum, qui cum murmure emittitur uentris flatus. de quo uide apud Galenum lib. 3. de Symptomatum causis.

Murrha, idem quod Myrrhis apud Dioscoridem lib. 4. cap. 117.

## M V S

**Musca**, piscis cōmendatus Ponto ex Athenæo. Plautus in Rudente nominat Musculos. Captamus inquit, echinos, lapadas, ostreas, balanos, urticam marinam, musculos. In Aristotele, Mystocetus piscis, a Theodoro Musculus conuertitur

Muscantur. i. Musco herba inuoluuntur, contegunturq; ut quodam seu tegumento, uestita aduersus frigora muniantur, & ne sole findantur. Colum. lib. 11. cap. 2.

Muscariū, appellatur coma illa quarundam herbarum, in qua semina dependent, qualis est ferule, seniculi, anethi, oleris atrii, et similia. Plinius. Semine cū muscarijs dependente, ut ferulæ. Idem in papauere, & similib. scapus. In arundinibus, iuglandibus, mellanis, panicula appellatur.

Muscidion, herba quædam, ab odore musci sic dicta, ut inquit Herm. Barb.

Muscium. Lege, Dorcadias.

Musculi, sunt corpora neruosa, quibus admixta est caro ad motum, inclinationemq;

partium corporis necessario inferuentes. Musculi dorsi, Musculi spinales, Lūbi, idē. Musculus. Lege, Musca.

Muscus, ut M. Vergilius interpretatur apud Dioscoridem, magis uirentes uillos, quam folia, aut frondes significat, quibus per æstatem in torrētibus lapides uestiuntur, & ut Columella inquit, muscantur. Quod ex seminibus herbarū fit, quæ cum limo aliquo lapidibus adhærentia, calore solis inuitata, germinationis modo uirescunt. Nec tantum lapides, uerum etiam arbores quædam muscantur, quanq; alia ratione & causa. Vide, Bryon.

Musculus, motus est uolōtarius instrumenti. De Musculorum cōstitutione, lege Galenum lib. primo de Musculis.

Musculosus, pinguis, crassus, corpulentus. *μούσιλον*, cinnamomū electum, quod Cassia, cui Mosillum nomen est, aliquam referat imaginem.

Musimon, in Hispania, & in Corsica, non maxime absimile pecori animal, caprino uillo q; pecoris propius. Plin. lib. 8. ca. 49. ex quo comenta fiunt, autor Strabo.

Mustea mala & pira. Lege, Melimela.

Mustela, pifeis in lacu Brigantino Rhetiaë generatus. Plinius lib. 4. cap. 17.

Mustela, græce *γᾶλν*, animal quod in domibus oberrat. Cato Eridion appellat.

Mustellinus color. Lege, Color uarius.

Mustarda, stercus mutis.

Mustum, Græci *γλεῦκος*, & gleucinon uocant aliquando.

Mustum, Plinius & Græci scriptores Protopon uocant, mustum spōte defluens antequam calcetur uua.

## M V T

Mutatio secundum locum, est ad locum, aut secundum locum mutatio.

Muti, & Mutos fieri, consuetudo est Hippocrati, ab uno accidente notissimo, sæpius scilicet a uocis amissione, nominare & ostendere illos, qui nullum alium motum seruant secundum electionem, uel nihil omnino sentiunt. Iacent autem eodem modo, quo apoplectici, sine sensu pariter & motu. Galenus libro septimo Aphorismorū, Aphorif. 59. Sic,

Mutos solet Hippocrates appellare, non eos tantum, quibus leditur uox, uerum secundum exuperantiam quandam, una cū

eius lesione dat nobis intelligēdas omnes  
quæ sunt secundū electionē operationes.  
Mutinensis color. Lege, Color uarius.  
Muto. Vide, Penis.  
Mutica spica, uocatur quasi mutila.

## M Y A

Myacantha, Ruscus. apud Dioscoridem  
libro quarto, capite. 147.

μύακες, μύισ, Mytuli, σκαφίδες, Pontipi-  
scium generis; de quibus Dioscorides lib.  
secundo, Plinius, libro tricesimo secundo,  
capite quinto.

Myagros, herba ferulacea ex cuius semine  
oleum etiā fit, describitur ab Diosc. lib. 4.  
capite. 118. Theophrasto lib. 9. de planta.

Myaros apud Paulum Aeginetam, simi-  
lis Myagro herbæ.

μύακες laudatissimi in Ponto, genus Con-  
chyliorum.

μυαγάλα, mus araneus.

## M Y C

μύκκισ, id est, fungus.

μυκκίτες ἐδωδίμοι, fungi ad edendum apti.

μυκκίται, terræmotus qui cū mugitu qua-  
tiunt; indito ob id nomine. Quamuis sæpe  
terre mugitus, absq; terræ motu cōtigerit;  
id quod fieri assolet, cum spiritus intus co-  
hibitus ac conuolutus arietauerit impetu  
uehementi.

## M Y D

μυδῆσεις τῶν βλεφάρων, glabræ oculorum  
genæ. Est autem, quando palpebræ & tu-  
mescunt et putrescunt, cōtinuoq; destillāt,  
copioso concrecente circa eos adipe. Ga-  
lenus in Isagog.

μυδρίασις, ubi latior multo naturali habitu  
euadet papilla, præpeditq; uidentī actum,  
aut parte plurima, ut minora etiā uidean-  
tur obiecta. Causam eius referunt, περι-  
ρίθηματικὴν ὑγρότην, id est, redundantē  
humorem.

Mydusa, Anchusa, apud Dioscoridem lib.  
quarto, capite. 26.

Mydas, uermiculus qui fabis innascitur  
marcescentibus.

## M Y E

μελός, medulla.

## M Y I

μύιτας. Lege, Thlaspi.

μύιτις, id est, Caucalis. Lege, Caucalis.

## M Y L

Myle, apud Aecium radix syluestris. La-

pathi, decocta utilis ad dentium dolorem  
& mobilitatem.

Myla, herbæ genus, cuius radix paruo bul-  
bo similis, contrahendis uuluis idonea, ap-  
posita scilicet cum lolij farina.

μυλοί, dentes posteriores.

Myllus. Lege, Mulum.

μυλάκριδας, Græci uocant Gallinas. Quā  
quam ita appellet etiā bestiōlā Aristoph.  
inter molas nascentem.

Mylli, alio nomine platistici, & plastaci, sed  
non nisi cum maiusculi sunt; parui Gnoti-  
dia, & media ætate mylli sunt. Sunt tamē  
qui platistacos, & plataces, eosdem esse cū  
coracinis putant.

μυλότις, specillum quo aliquid ex oculo ex-  
trahitur, uulnerarium instrumentum.

## M Y M

μυρμήκται, hulcera humiliora thymio, du-  
oioraq; que radices altius exigūt, maiorēq;  
dolorem mouent, infra lata, supra autem  
tenuia. Vel; Verrucæ sunt μυρμήκται, si-  
ue tubercula duriuscula, quæ in cuticula  
prominent; sic dictæ, quod μυρμηκῶν, id  
est, formicarum in morem pungunt.

Myma, miscella creocacaba, Lege, Cre-  
caccabis.

## M Y O

μυοκέφαλον, Rhagoidis uiciū minutum,  
muscæ capiti simile, ac prominens.

Mycepbalon, idem quod proptosis oculi,  
sed hulcus minus, & simile capiti muscæ.

Mycephalon, Lege, Exulcerationis oculo-  
rum affectus.

Myocstonum, Aconitum apud Dioscori-  
dem lib. 4. capite. 80.

Myopes, qui iam inde ab initio ortus sui, ni-  
si admota cōtueri nequeunt; quod genus  
curam non recipit.

Myopiasis. Lege, Exulcerationis oculo-  
rum affectus.

Myosotis, Auricula muris apud Dioscori-  
dem lib. 4. cap. 89.

Myottochos, Alsine apud Dioscoridem li-  
bro quarto, capite. 89.

Myocopros, stercus murinum.

Myogale, id est, mus araneus; sic dicitur,  
quia muris magnitudine fit, & specie mu-  
stellina. Os ei oblongum, cauda gracilis,  
dentes quadruplici uersu tenues, quod &  
uulnus ab ipso illatū indicat. Sunt qui ideo  
μυογάλην dictū existimēt, quia adulterino

coitit, ex mure & mustela nascatur, Cense-  
tur inter animalia uenenata ab Nicandro.  
Plura etiam de eo Aecius, Plinius lib. 29.  
capite. 4. Columella libr. 7, cap. 25. Lege,  
Mus araneus.

Myops. Lege, Morbi.

Myopteron. Lege, Thlaspi.

## M Y R

Myracanthon, Eryngion, apud Dioscor.  
lib. 3, cap. 23.

Myracopa, unguenta similia acopis, ceram  
uel resinā, aut aliquid huiusmodi accipiētia,  
μύρακοι, Pharmacopolæ.

Myrica, Heyd, genus Tamarisci. Lege,  
ἐρείκα.

Myricen, alij Tamaricen uocant, Achaia  
autem Bryam syluestrem, insignem in ea  
gallæ similem fructum. Plin. lib. 13, cap. 21.

Myrinus mas, qui & Murena. Plin. libr. 9,  
cap. 23, in delicijs olim habitus.

Myriomorphos, Achillea, apud Dioscor.  
lib. 4, capite. 39.

Myriophyllon, id est, Millefoliū, quid sit,  
uide apud Dioscor. lib. 4, cap. 116.

Myrmecia uocantur, quod formicæ modo  
pungunt. Plinius Verrucas utrūq; genus  
uocauit. Nos distinctionis gratia Myrme-  
cias formicas, Acrochordones uerrucas  
dicimus. Aut priores illas, sessiles uerru-  
cas, acrochordones uero pēsiles. Nam in-  
formicationes corporis (quo uerbo Plini-  
us lib. 28, usus est) mulierū crinibus ad id  
probat, si non sunt, quas Græci Myrme-  
cias uocant, nam & contra uerrucas adhi-  
bētur, nondū liquet. Vide dict. Thymus.

Myrobalanum, in Troglodyte & Thebai-  
de nascitur, Arabiæ glans arboris, Helio-  
tropio inter herbas simili folio, fructus ma-  
gnitudine auellane nucis. Plin. li. 12, ca. 21.

Myrobalanos quid sit, lege apud Dioscor.  
lib. 4, ca. 163, dictione, Balanus myrepica.

Myrobalanus, Glans Aegyptia, idem,  
μυρός. Vide, Acetabula.

Myrrha arbor cuiusmodi sit, uide apud Pli-  
nium lib. 12, cap. 15. Nam de eius figura au-  
tores uariant.

Myrrha genera sunt: Troglodytica, Ery-  
threa, Mingea, Atramitica, Gebaritica, Au-  
saritis, Dianitis, Collatia, Sembracena.  
Plin. lib. 12, cap. 16.

Myrrha Gabirea. Lege, σμύρνα.

Myrrha Pediasimos. Lege, σμύρνα.

Myrrha ἔργασίμα. Lege, σμύρνα.

Myrrha Troglodytica. Lege, σμύρνα.

Myrrhæ Beotica, dissecta radix est arboris  
cuiusdam in Beotica nascentis. Melior est  
quæ Myrrham odoris representat. Dio-  
scorides lib. 1.

Myrrha Cassia, apud Hippocratem. Lege,  
ψευδοκασία.

Myrrha quid sit, uide apud Theophrastum  
lib. 9, cap. 3, & 4.

Myrrhis, similis Cicutæ herbæ, de qua Dio-  
scor. lib. 4, cap. 117.

Myrrhis, Geranium alterum, apud Diosc.  
lib. 3, cap. 130.

Myrsine, Myrtus syluestris, uel Ruscus, a-  
pud Dioscor. lib. 4, cap. 147.

Myrsinites, Tithymalus foemina, apud Di-  
oscor. lib. 4, cap. 168.

μυρσίνου ἔλαιον, Myrtinum oleum.

Myrtacantha, Ruscus. Diosc. lib. 4, ca. 147.

Myrteria, a Theodoro conuertitur Tithy-  
malus Myrsinites, apud Dio. lib. 4, ca. 170.

μυρτιδανου, dicitur incrementum inæqua-  
bile, uerrucosum, & concolor, quod perin-  
de quasi manus myrti caudicem amplecti-  
tur, magisq; quam myrtus adstringit. Au-  
tor Dioscor. lib. 1. A Galeno Myrtada ap-  
pellatur. Myrtidanum certe Plinius pro  
uino accipit, quod ex syluestris Myrti bac-  
cis sit conditum. Hippocrates Martidanū  
uidetur appellasse hunc fruticem, Myrti-  
danum uero ipsum piper.

Myrtidion, Geranion apud Dioscor. lib. 3,  
cap. 129, & ibidem in Coroll. Barbarus.

Myrtine, Periclymenon, apud Dioscoridē  
lib. 4, cap. 16.

Myrtopetalon, Polygonium, apud Diosc.  
lib. 4, cap. 5.

Myrton. Lege, Nympha.

Myrtoselinos, Auricula muris, apud Dio-  
scoridem lib. 2, cap. 203.

Myrtus, arbor sacra coniugio.

Myrtæ, Myrti arboris bacculæ.

Myrto præest Venus: quippe quæ littori-  
bus maxime prouenit. Venus aut e mari  
dicitur orta.

Myrti baccarum olim ueteribus usus fuit  
pro libo, antequam piper haberetur.

Myrtum, & eius iuamenta, lege apud Di-  
oscor. li. 1, apud Plin. lib. 15, ca. 29, li. 23, ca. 9.

Myrtus syluestris, Ruscus, apud Dioscor.  
libro, 4, capite. 147.

M Y

Myrrha, idem quod Myrthis, apud Diosc. lib. 4. cap. 117.

Myrrha, Si Manardo & Neotericis aliquot doctis uiris credimus, hodie integram, syn ceramq; non habemus. De ea re consule Herbarij nostri tomum. 2.

Myrtos, Thlaspi. Lege, Thlaspi.

M Y S

μῦς, Mus.

μύσις, ostij muliebrium locorum præclufio, felici tralatiõe ab oculis facto nomine. μύειν enim conuiuere est Græcis, & cum obdormiscimus concidentes oculos claudere. Vide Galenum. 3. de Valetudine.

Mysclion, mucus ossa complectens.

μύσακα, barbam uocant menti. Quanquã Polluci magis placet, eam quæ est sub naribus, quæ ipsa quoq; uocatur ὑπορρίνιον, ἢ προπογώνιον. Dici autem μύσακα putant, quia illac destillat nasus, quæ μῆκτις uocant.

Mysteledra, murium recrementum,

Mysterium, Antidotus ex quatuor rebus congesta, ob singularem efficaciam sic dicta. Eius compositionem & iuamenta require apud Aecium serm. 8. cap. 47.

Mystocetus. Lege, Musca.

M Y T

Myttotos, pulmentarium ruris, rusticis Italiae familiare. De quo lege Aphroscoordon. Myttotos, ab odoris fastidio est dictus. In hunc & caseum quoq; addebant. Alij genus placentæ faciunt ex oleribus, ut Phocion ait.

M Y V

μύουρον. Lege, Rhapsodiam Maiorone.

Myuros, herba, folia Alimo similia habet: uerum per terram strata est, ac uelut corymbos in summo longos habet. Aecius sermone. 10. cap. 26.

M Y X

Myxa. Lege, Cochlea.

μύξις, uel mixtura in medicina, est e formis ipsis elementorum cõtingens: quo differt ab cõplexione, quæ consistit potius e qualitatibus formarum. Sic Augustinus Nyphus distinxit libro de Crisibus.

**N** N A N

Anos dici putat Theophr. quib. uirile membrum est pregrande.

N A P

νάφθαλμ uocant Babyionij bituminis cola-

N O

men, colore candidum. Inuenitur etiam ni grũ. Vis ei ignium rapax, ita ut ex spacio protinus in eam transilient. Eratosthenes generi bituminis liquidi adscribit. Describitur a Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 2. cap. 105. & lib. 35. cap. 15. lib. 2. ca. 104. A Plutarcho in Alexandrini uita.

Napina, rapina, id est, fationes naporum, raporumq;. M. Cato, Rapinam, & colos rapicij, unde fient & raphani, in loco sterco rato bene, aut in loco crasse ferito. Annotandum, dici Rapicium a Catone, pro ut uulgo uernacula dictione usurpatur. Rapina in hoc significato media correpta pronunciat. Columella. lib. 11. cap. 2.

Napta quid sit, lege in dictione, Nata.

Napum, græce Βουβιάς. Officinæ, inquit Barbarus, ignorant hodie Buniada, & syl uestris rapi semine Buniadis uice utuntur. Quancq; facile cognosci poterat. Est enim syluestri rapo semen & nigrius, & maius, quam Buniadis. De Napis plura Theophrastus, Plinius, & Columella.

Napium, de quo Lapsana. Lege, Lapsana. Romanum uocabulum.

Napunculus. Lege, Pes locustæ.

νάπυ. Lege, Sinapi.

N A R

νάργ, id est, Iris.

νάργη, latine Torpedo, piscis marinus, cuius est illa peculiaris potentia, ut si uirga tangatur etiam de longinquo, lacertos quam præualidos piscatoris torpescere facit: & pedes, quamlibet ad cursum ueloces, alligare dicitur & retinere, aura quadam scilicet sui corporis, et odore hunc torporem afferente. Vide Dioscoridem libro secundo. Plin. lib. 32. cap. 1. 3. lib. 9. cap. 51.

Narcaphthon, siue ut alia habent exemplaria, Nascaphthon, ex India defertur, tortu osum, simile Sycomori libro, quod iucundi odoris gratia suffitur. Autor Diosc. li. 1. Plinius prætermisit: fortasse quia certum nihil de illo habebat. Paulus Aegineta & Lacaphsiton nominat.

Narcissos Anydros, Narcissus uulgatus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 164.

Narthecion, Albus, uel Asphodelus.

Narcissus. Consule Dioscor. dictione Narcissus, & inibi Commentarios Barbari & Vergilij. Nec me fugit, quid alij circa hũc florem rixentur æque imbecilibus firma-